V. 323 sq. *ἦ δεινὸν — δοκεῖν*] Huius dicti *τὸ κομψὸν* primus Boeckhius rettulit, id quod custodis responsum *κόμψευέ νυν τὴν δόξαν* (i. e. 'argutare verbo *δοκεῖν*') requirit, ad significationem verbi *δοκεῖν* commutatam; minus recte idem infinitivum *δοκεῖν* ex *ᾧ δοκεῖ*, non e *δεινόν* aptum esse voluit hoc sensu: 'grave si quis decernit falsa opinari' ('o wahrlich schlimm, wem gut dünkt, dass ihm falsches dünke'). Hoc correxit Bonitzius l. c. p. 43 sq. atque hunc sensum esse statuit: 'grave, cuius arbitrium lex sit, eum etiam falsa opinari'.

V. 324. Schol.: *εἰ δὲ ταῦτα μή· τὸ ἑξῆς· εἰ δὲ μὴ φανεῖτέ μοι τοὺς ταῦτα δρῶντας.* Cfr. Matth. § 278 not. 2, a quo perperam hic usus poetis adscribitur, cum saepe non ad licentiam metro servientem, sed ad vim rhetoricam pertineat ut hic et O. R. 139 *ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανὼν κτέ.* Cfr. Demosth. VIII § 28 *ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας*, XIV § 25 *ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι*, LVII § 65 *ταῦτα τοὺς εἰδότας.*

V. 326. *τὰ δειλὰ κέρδη*] *Τὰ δειλὰ κέρδη* dicit, quia ignavi est lucri causa clam illicita facere. His dictis abit Creon. Nam ex iis, quae respondet custos, prima tantum verba eiusmodi sunt, ut audiente Creonte dici potuerint. Schol.: *ἀπιὼν ὁ θεράπων καθ' ἑαυτὸν ταῦτά φησιν· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπὶ τοῦ Κρέοντος ταῦτα λέγεσθαι· ὡς καὶ ἐν τοῖς κωμικοῖς.*

V. 327. *εὑρεθείη μὲν μάλιστ'*] I. e. 'maxime vellem, ut deprehenderetur'. Vide Vig. p. 416. Schaefer. in Appar. Demosth. T. V. p. 794 sq. et Buttm. gr. Gr. § 137 ed. X. Phil. 617. 1285. Trachin. 799. O. R. 926.

V. 328. Confer. Hoogev. ad Vig. p. 456 et Herm. p. 854.

Digitized by Google

οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με.
καὶ νῦν γὰρ ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς
σωθεὶς ὀφείλω τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

Πολλὰ τὰ δεινὰ κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον
πέλει.
τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν
πόντου χειμερίῳ νότῳ
χωρεῖ, περιβρυχίοισιν
περῶν ὑπ' οἴδμασιν,
θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν
ἄφθιτον, ἀκαμάταν ἀποτρύεται,
ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος, ἱππεί-
ῳ γένει πολεύων.

V. 332 sqq. Scena a Creonte et a custode relicta, Chorus incredibilem hominum sollertiam et audaciam canit exemplisque nonnullis illustrat, procul a se illum esse optans, qui summa illa ingenii humani facultate ad violandas leges civitatis abutatur.

V. 332 sq. Schol.: *ἐν σχήματι εἶπεν ἀντὶ τοῦ· πολλῶν ὄντων τῶν δεινῶν, οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπου δεινότερον.* Comparant editores Aesch. Choeph. 585 sqq. *πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει δεινὰ δειμάτων ἄχη ... ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀνδρὸς φρόνημα τίς λέγοι;*

V. 334. Schol.: *τοῦτο· τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων.* Vide quae ad 296 adnotata sunt.

V. 335. *χειμερίῳ νότῳ*] Confert Erfurdt. Ovid. ex Ponto II 3, 27 *nimboso vento.* Doederlinus deleto post *χωρεῖ* commate *νότῳ* ad *περιβρυχίοισιν* referri vult ita, ut sit ablativus instrumentalis.

V. 336 sq. *περιβρυχίοισιν* etc.] Dicuntur *οἴδματα περιβρύχια* fluctus maris vento agitati, qui ita circum navem undique volvuntur, ut ea veluti mergi undis videatur. Hinc *ὑπὸ* praepositio posita. Cfr. Hom. Od. *β* 427 sq. *ἀμφὶ δὲ κῦμα στείρῃ πορφύρεον μεγάλ' ἴαχε νηὸς ἰούσης* et Ai. 351 cum nota mea.

V. 338. *θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν*] Terram non propter vetustatem vocat *θεῶν ὑπερτάταν*, sed eadem ratione, qua Diana *θεῶν ἄνασσα* dicitur Eur. Iph. A. 1523. Vide Lobeck. ad Ai. 697. Sophoclis Triptol. fr. 544 *ἦλθεν δὲ Δαὶς θάλεια, πρεσβίστη θεῶν.* ERF. Immo, qui adverterit, quae cum alibi, tum Philoct. 393 sqq. de eadem dea dicuntur, *ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διός — σέβας ὑπέρτατον*, vix dubitare poterit, quin summa deorum dicta sit dea, quod et Iovis ipsius mater esse et hominibus omnia praebere crederetur, quae ad vitam sustentandam necessaria essent.

V. 339. *ἀκαμάταν ἀποτρύεται*] De terminatione nominis *ἀκαμάταν* vide ad v. 134. Wexius comparat Ovid. Metam. II 286, ubi Tellus: *adunci vulnera aratri rastrorumque fero totoque exerceor anno.*

V. 340. *ἰλλομένων ἀρότρων*] Quid *ἴλλεσθαι* hoc loco significet, vix poterit certo dici. Equidem accedo Buttmanno Lexilog. T. II p. 156, cui 'circumagi' significare videtur.

Ibid. *ἔτος εἰς ἔτος*] Neuius adscripsit Aesch. Prom. 682 *γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.* De eo proverbio Blomf. gloss. (v. 703). Plut. praec. sanit. tuendae p. 132 extr. *τοὺς Λυδοὺς ἐν τῷ λιμῷ λέ-*

Digitized by Google

(ἀντιστροφὴ α΄.)

κουφονόων τε φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει
καὶ θηρῶν ἀγρίων ἔθνη,
πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν
σπείραισι δικτυοκλώστοις
περιφραδὴς ἀνήρ·
κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ'
ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγὸν οὔρει-
όν τ' ἀκμῆτα ταῦρον.

(στροφὴ β΄.)

καὶ φθέγμα καὶ ἀνεμόεν φρόνημα καὶ ἀστυ-
νόμους

γουσι διαγαγεῖν ἡμέραν παρ' ἡμέραν τρεφομένους, εἶτα παίζοντας καὶ κυβεύοντας.

V. 341. Schol.: ἱππείῳ γένει πολεύων· ταῖς ἡμιόνοις. Αἱ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον (Il. κ 352). Τινὲς δὲ καὶ ἵπποις χρῶνται εἰς ἀροτριασμόν.

V. 342 sqq. Cfr. Eur. fr. 27 ἢ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος· ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων δεινὰ μὲν φῦλα πόντου χθονίων τ' ἀερίων τε δάμναται παιδεύματα. — Cum κουφονόων cfr. Theogn. 580 σμικρῆς ὄρνιθος κοῦφον ἔχουσα νόον. Ceterum κουφονόων correxit Brunckius ex κουφονέων, quod scholiasta, a νεῖν scilicet repetens, interpretatus est κούφως καὶ ταχέως φερομένων.

V. 342. Schol.: ἀμφιβαλὼν ἄγει· περιβαλὼν τοῖς δικτύοις ἀγρεύει. Cfr. 202 δουλώσας ἄγειν.

V. 344. καὶ — ἔθνη] Philoct. 1146 χαροπῶν τ' ἔθνη θηρῶν.

V. 345 sq. Schol.: πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν· τοὺς ἰχθύας. σπείραισι δικτυοκλώστοις· τοῖς σχοινίοις τοῖς εἰς δίκτυον κεκλωσμένοις· ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἀμφιβαλὼν ἄγει.

V. 348. Schol.: κρατεῖ δὲ μηχαναῖς· καθολικὸν τοῦτό φησιν, ὅτι ἐν ζώοις ὁ ἄνθρωπός ἐστι πολυμήχανος καὶ ἔντεχνος. καὶ Θεόκριτος (XV 83)· σοφόν τοι χρῆμ' ἄνθρωπος. Ἐπεὶ δὲ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι περιγίνεται πάντων τῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος, ἐνταῦθα τὸ μηχαναῖς προσέθηκεν ἐπὶ τῶν τιθασευομένων· οὐ γὰρ μόνον κρατῆσαι δυνατός, ἀλλὰ καὶ τιθασεῦσαι.

V. 349. θηρὸς ὀρεσσιβάτα] Cfr. Philoct. 1125 ἔθνη θηρῶν, οὓς ὅδ' ἔχει χῶρος οὐρεσιβώτας.

V. 349 sq. λασιαύχενά θ' — ζυγόν] Eorum quae ad emendandum hunc locum protulerunt viri docti, unum probabilitatem habet quod Frid. Godoh. Schoenius et Franzius invenerunt ἵππον ὀχμάζεται. Cfr. Eur. El. 816 ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς ἵππους τ' ὀχμάζει, schol. Apoll. Rh. I 743 κυρίως ἐστὶν ὀχμάσαι τὸ ἵππον ὑπὸ χαλινὸν ἀγαγεῖν ἢ ὑπὸ ὄχημα. Illud quidem huic egregiae coniecturae aliquid fidei detrahit, quod ea recepta etiam ἀμφίλοφον ζυγόν mutari debet: Franzius coniecit ἀμφὶ λόφον ζυγῷ, Kayserus ἀμφιλόφῳ ζυγῷ. Cum ἀμφίλοφος comparant ἀμφίκρανος, ἀμφίβροτος.

V. 351. ἀκμῆτα ταῦρον] Comparat Neuius Pind. Ol. I 87 ἀκάμαντας ἵππους.

V. 352. Schol.: φθέγμα· τὴν ἀνθρωπίνην διάλεξιν. Tum ad verba ἀνεμόεν φρόνημα manifesto haec scholiastae verba pertinent: τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν, in codice continuo lemmati καὶ ἀστ. ὀργάς addita.

Digitized by Google

ὀργὰς ἐδιδάξατο, καὶ δυσαύλων
πάγων αἴθρια καὶ
δύσομβρα φεύγειν βέλη, παντοπόρος·
ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται
τὸ μέλλον· Ἅιδα μόνον

At displicet haec interpretatio pariter atque Erfurdtii, qui de celeritate consilii dici putat. Immo duo nomina φθέγμα, φρόνημα unam notionem explicant, sermonem, qui eo differt a vocibus bestiarum, quod hominum voces (φθέγματα) mentem (φρόνημα) expromunt. Quae mens cum quasi per voces spiretur, ἀνεμόεν φρόνημα dicitur.

V. 353 sq. Schol.: καὶ ἀστυνόμους ὀργάς· τὴν τῶν νόμων ἐμπειρίαν, δι' ὧν τὰ ἄστεα νέμονται, ὅ ἐστι διοικοῦνται. Valckenarius ad Ammon. p. 70 pro ὀργὰς scholiastam legisse conicit ἀρχάς, quod placet Corayo in Prodromo Bibl. Gr. p. λϛ, ubi simul ἐδιδάξατο per αὐτὸς ἑαυτὸν ἐδίδαξε interpretatur. Non ausim vulgatam sollicitare, cum ἀστυνόμοι ὀργαὶ de moribus et institutis civilibus recte dici potuerit. Sic ὀργὴ non raro idem est quod τρόπος. Ai. 640 οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος. huius fab. 875 αὐτόγνωτος ὀργά. 956 κερτομίοις ὀργαῖς. Thucyd. III 82 ὁ δὲ πόλεμος — τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ. ERF. Immo proprie ἀστυνόμοι ὀργαὶ erit 'studium civitatis regendae', id est deinde 'facultas civitatis administrandae'. De dicendi ratione vide Matth. § 446, 3 c, de ἐδιδάξατο eundem § 496, 8. Moschopulus in dict. Att. in ἐδιδάξατο· ἀλλ' ὁ Σοφοκλῆς καὶ ἀντὶ τοῦ ἐφεῦρε· καὶ ἀστυνόμους ὀργὰς ἐδιδάξατο.

V. 354 sq. Schol.: δυσαύλων· δυσχερῆ τὸν ἐπαυλισμὸν ποιούντων. αἴθρια· ψυχρά. Verbis igitur δυσαύλων πάγων αἴθρια significari videtur 'frigus pruinarum ad pernoctandum vel potius stabulandum gravium'. De locutione αἴθρια πάγων vide Matth. § 442, 4. Krueg. II § 47, 10, 2.

Toto loco δυσαύλων — βέλη homo dicitur tutum se contra frigus et imbres nivesque reddere didicisse. Cfr. Aesch. Ag. 335 ἐν . . οἰκήμασιν ναίουσιν ἤδη τῶν ὑπαιθρίων πάγων δρόσων τ' ἀπαλλαγέντες. — Cum versus cum v. antistrophico non concinat, aut in hoc aut in illo aut in utroque aliquid turbatum a librariis est. Boeckhius ὑπαίθρεια, Helmkius ἐναίθρεια coniecit, ut Sophocles ἐπινίκειος, Βοσπόρειος, Ἐφέσειος, εὐτύχεια usurpavit.

V. 356. δύσομβρα βέλη] Confert Neuius Aesch. Ag. 653 δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά. Eustathius p. 692, 55 (571, 26) σημείωσαι δέ, ὅτι ἐκ τοῦ Ζεὺς σμερδαλέα κτυπῶν λαβὼν ὁ Σοφοκλῆς ἔφη τὸ μέγας κτύπος, ἄφατος, διόβολος (O. C. 1464), ἐν οἷς δηλοῖ ἐκεῖνος καὶ ὅτι βέλη Διὸς οὐ μόνον κεραυνοὶ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ βρονταί. ὅμως καὶ τοὺς ῥαγδαίους ὑετοὺς καὶ μάλιστα τοὺς χειμερίους τοιούτῳ λόγῳ δύσομβρα βέλη λέγει.

V. 357. παντοπόρος] Referendum hoc ad ea, quae ante commemorata sunt, similiterque adiectum atque v. 347 περιφραδὴς ἀνὴρ positum est. Scholiasta interpretatur: εἰς πάντα μηχανὰς ἐξευρίσκων.

V. 358 sq. ἐπ' οὐδὲν τὸ μέλλον] Non recte haec scholiasta explicat, ἐπ' οὐδὲν τῶν μελλόντων. Aliud est enim ἐπ' οὐδὲν μέλλον, 'ad nullam rem futuram' infinite dictum, quam finite, 'ad eorum, quae futura sunt, nihil'. Quorum alterum est: 'ad nihil, si quid futurum est'; alterum: 'ad nihil, quod est futurum'. HERM. Cfr. 728 μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον.

V. 359 sq. Ἅιδα — ἐπάξεται] Scholiasta: θανάτου μόνον οὐχ εὗρεν ἴαμα. De verbo φεῦξις vide Lobeck. ad Phryn. p. 726.

Digitized by Google

φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται· νόσων δ' ἀμηχάνων φυγὰς
ξυμπέφρασται.

(ἀντιστροφὴ β'.)

σοφόν τι τὸ μηχανόεν τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων
ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει,
νόμους περαίνων χθονὸς
θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν ὑψίπολις·
ἄπολις ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν
ξύνεστι τόλμας χάριν.
μήτ' ἐμοὶ παρέστιος γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν
ὃς τάδ' ἔρδει.

Ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ
τόδε, πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω

Verbum *ἐπάξεται* huic sensui vel maxime incommodum. Nam *ἐπάγειν* est 'ab aliquo loco adducere' (cfr. *πόλεμον, συμμάχους ἐπάγεσθαι*), non 'invenire' vel 'habere'. Heindorfii coniectura *ἐπεύξεται* recte improbata est, quia gloriandi notio ab hoc loco abhorret. Quod Schneidewinus invenit *ἐπάσεται*, refutavit Bonitzius l. c. p. 47. Videtur scribendum *οὐ πεπάσεται* ('non habebit').

V. 362. Schol.: *ξυμπέφρασται· ἐπινενόηκε καὶ γιγνώσκει.* Cfr. Matth. § 493.

V. 363 sqq. Schol.: *σοφόν τι τὸ μηχανόεν· τὸ μηχανόεν τῆς τέχνης σοφὸν ἔχων, ὃ ἔστι τὸ μηχανικὸν τῆς ἐπιτεχνήσεως σοφὸν ἔχων, ὡς οὐκ ἄν τις προσδοκήσειεν, οὐ μίαν ὁδὸν βαδίζει, τὴν ἐπὶ τὰ ἀμείνω, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ φέρεται, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰ χείρω.*

V. 365. *ποτὲ μὲν κακὸν — ἕρπει*] I. e. *ποτὲ μὲν ἐπὶ κακόν* etc. Vide Matth. § 595, 4. Krueg. II § 68, 9, 2.

V. 366. *περαίνων* ex mea coniectura scripsi; vide quae in Emendat. in Soph. Trach. p. 160 sqq. exposui. Libri *παρείρων*. Non male Musgravius Reiskiusque *γεραίρων* scribendum putarunt. Schol.: *ὁ πληρῶν τοὺς νόμους καὶ τὴν δικαιοσύνην ὑψίπολις γίνεται. ὃ ἔστιν ἐν τῇ πόλει ὑψηλός.*

V. 369. Schol.: *ἄπολις ὅτῳ τὸ μὴ καλόν· ἄπολις δὲ ἐκεῖνος καὶ ταπεινὸς τῇ πολιτείᾳ, ᾧτινι μὴ τὸ καλὸν σύνεστι.* Hoc dicit: 'indignus civitate, si cui turpitudo adhaeret audaciae gratia', i. e. si quis turpiter facit audaciae indulgens. De usu verbi *ξυνεῖναι* vide ad Ai. 338. De *τόλμας χάριν* sive *τόλμῃ χαριζόμενος* cfr. El. 331 *θυμῷ ματαίῳ μὴ χαρίζεσθαι κενά*, O. C. 855 *ὀργῇ χάριν δούς*, Eur. Herc. 779 *ἀνομίᾳ χάριν διδούς.*

V. 373. Schol.: *ὃς τάδ' ἔρδει· ὃς τοιοῦτον ἐπιτετήδευκε βίον.*

V. 374. Schol.: *ἐς δαιμόνιον τέρας· ὁρῶντες ἑλκομένην τὴν Ἀντιγόνην ἐκπλήττονται, ὅτι γυνὴ ἦν ἡ ὑπερβᾶσα τὸ κήρυγμα.* Praepositio *εἰς* cum alibi tum hic 'de' significat sive 'quod attinet ad'. Sic Oed. R. 980. Alia exempla attulit Matth. § 578 c. Krueg. I § 68, 21, 8. Itaque hoc dicit Chorus: 'de incredibili hoc prodigio ambigo', quomodo, quam scio esse, hanc Antigonam esse negem. De nomine *τέρας* cfr. El. 1317 *ὥστ', εἰ πατήρ μοι ζῶν ἵκοιτο, μηκέτ' ἂν τέρας νομίζειν αὐτό, πιστεύειν δ' ὁρᾶν.* Non sine aliqua probabilitatis specie Rauchensteinius coniecit *ὡς δαι-*

Digitized by Google

ΦΥ. αὕτη τὸν ἄνδρ' ἔθαπτε. πάντ' ἐπίστασαι.
ΚΡ. ἦ καὶ ξυνιεῖς καὶ λέγεις ὀρθῶς ἃ φῄς;
ΦΥ. ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν
ἀπεῖπας. ἆρ' ἔνδηλα καὶ σαφῆ λέγω;
ΚΡ. καὶ πῶς ὁρᾶται κἀπίληπτος ᾑρέθη;
ΦΥ. τοιοῦτον ἦν τὸ πρᾶγμ'. ὅπως γὰρ ἥκομεν
πρὸς σοῦ τὰ δείν' ἐκεῖν' ἐπηπειλημένοι,
πᾶσαν κόνιν σήραντες, ἣ κατεῖχε τὸν
νέκυν, μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες εὖ,
καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι,
ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ μὴ βάλῃ πεφευγότες,
ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ ἐπιρρόθοις

προσέσχες τήνδε γῆν πόθεν πλέων; et Krueg. I § 51, 17, 10.

V. 400. πάντ' ἐπίστασαι] Vide ad Philoct. 1240.

V. 401. ξυνιεῖς scripsi ex praecepto Cobeti Var. Lect. p. 221. Cfr. quae A. v. Bamberg. disseruit in Zeitschr. f. d. Gymnw. Berol. vol. XXVIII p. 28. La ξυνίεις, vulgatur ξυνίης.

V. 402 sq. Schol.: ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας· τὸ ἑξῆς· τὸν νεκρὸν ὃν σὺ ἀπεῖπας θάπτειν· οὕτω δὲ χρῶνται οἱ παλαιοί, ὥστε δύο ἄρθρα προτακτικόν τε καὶ ὑποτακτικὸν κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος παραλαμβάνειν. Κρατῖνος· 'ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν'. Cfr. O. C. 907 οὕσπερ αὐτὸς τοὺς νόμους εἰσῆλθ' ἔχων, Aristoph. Av. 438 σὺ δὲ τοὺσδ' ἐφ' οἷσπερ τοῖς λόγοις συνέλεξ' ἐγὼ φράσον. Matth. § 474 a. Krueg. II § 57, 10, 3. De ἀπειπεῖν vide v. 44.

V. 404. De abundantia locutionis ἐπίληπτος ᾑρέθη vide Schaeferum ad Greg. Cor. p. 532 et quae cum alibi tum ad O. C. 785 monui. De variato tempore ὁρᾶται et ᾑρέθη cfr. Pors. ad Hec. 21.

V. 405. Pluralis qui dicitur maiestatis (ἥκομεν ἐπηπειλημένοι) in ipsum numerum pluralem (σήραντες .. καθήμεθα) vertitur. Cfr. Hom. δ 579 ἂν δὲ καὶ αὐτοὶ βάντες (ego et socii) ἐπὶ κληῖσι καθῖζον (socii).

V. 407. Schol.: σήραντες· ἀποψήξαντες. De articulo in fine versus posito vide Herm. El. d. m. p. 119. Cfr. O. C. 351. Philoct. 263. Neuius coniecit ᾗ κατείχετο νέκυς.

V. 408. Schol.: μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες· τὸν ἀπὸ σήψεως ἰχῶρα ἀποστάζον. ὡς τὸ δάκρυσι μυδαλέον (Electr. 167). Ἄλλως. μυδῶν, ἰχῶρα ἀποπέμπον· τουτέστι διαλελυμένον καὶ δίυγρον.

V. 409. καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων] Pro ἐν ἄκροις πάγοις, quia verbo καθῆσθαι praeter propriam alia etiam notio inest, quae ἐκ praepositionem adsciscit, notio τοῦ κατασκοπεῖν. Vide Matth. in Misc. Philol. Vol. II P. II p. 87 et in Gr. Gr. § 596 c p. 1194. ERF. Cfr. Eur. El. 894 ὀρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους πηγάς. Rostio καθῆσθαι ἔκ τινος similiter dictum videtur atque κρεμάννυσθαι ἔκ τινος et alia eiusdem generis, vid. Rost. gr. Gr. § 110b, 2 c et auct. 4 ed. VII. Videntur potius verba ἄκρων ἐκ πάγων cum ὑπήνεμοι coniungi debere hoc sensu: 'sedebamus ita, ut cacumen montis nos a vento tegeret' (ὄθι ἄκρων ἐκ πάγων σκέπας ἦν ἀνέμοιο).

V. 410. ὀσμὴν — πεφευγότες] Recte Musgravius constructionem hanc esse monuit: πεφ. ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ, μὴ βάλῃ. De ἀπὸ praepositione vide ad v. 193.

V. 411 sq. ἐγερτὶ — πόνου] Sensus verborum hic est: 'alius alium excitans minitando malo, si

Digitized by Google

κακοῖσιν, εἴ τις τοῦδ' ἀκηδήσοι πόνου.
χρόνον τάδ' ἦν τοσοῦτον, ἔστ' ἐν αἰθέρι
μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος
καὶ καῦμ' ἔθαλπε. καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς
τυφὼς ἀείρας σκηπτόν, οὐράνιον ἄχος,
πίμπλησι πεδίον, πᾶσαν αἰκίζων φόβην
ὕλης πεδιάδος· ἐν δ' ἐμεστώθη μέγας
αἰθήρ· μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.
καὶ τοῦδ' ἀπαλλαγέντος ἐν χρόνῳ μακρῷ,

quis neglecturus esset laborem'. Eum sensum restituit — libri enim habent *ἀφειδήσοι πόνου* — Bonitzius l. c. p. 49 egregia emendatione *ἀκηδήσοι*. Similiter in schol. Ai. 204 *κηδόμενοι* in *φειδόμενοι* abiisse monet Nauckius, ut facilitas coniecturae nuper prolatae parum elegantis *τοῦδ' ἀφ' εὐδήσοι πόνου* nihil nos moveat. De optativo futuri in oratione obliqua usurpato vide Krueg. I § 53, 8, 10. Obversantur enim verba vigilum: *ὄλοιο, εἰ τοῦδε τοῦ πόνου ἀκηδήσεις*. — *Τόνδε πόνον* dicit laborem vigilandi. — Schol.: *ἐπιρρόθοις· λοιδόροις, ὑβριστικοῖς*. De nomine *κακά*, quod significat 'convicium', ad Phil. 374 dixi.

V. 413 sqq. *ἐν αἰθέρι μέσῳ κατέστη*] Adumbratum hoc ex Homerico versu Il. *θ* 68 *ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει*, observante Eustathio p. 698, 27 (579, 13). BR.

V. 416. De genetivo *χθονός*, qui ex *ἀείρας* aptus est, vide ad Phil. 613. Quaeritur, cur poeta vehementem turbinem invenerit et Antigonam iterum Polynicem sepelientem induxerit. Putant, quia vehementissima illa procella tantus subito pulvis excitatus sit, ut vigiles aliquamdiu claudere oculos cogerentur eaque re impedirentur, quominus caverent ne iterum cadaver humaretur, poetam significare velle, deos adversari regis edicto, atque Creontis culpam augeri, quod is ne divinis quidem prodigiis de sententia sua pravissima demoveatur. Nobis videtur poeta, qui Antigonam redeuntem facere debebat instituti fabulae consilii causa, huius reditus causam illum turbinem proposuisse. Antigona redit quia metuit ne pulvis sit dispersus, quo primum corpus condidit, animadvertit autem continuo, illum pulverem non temere vento, sed consulto ab hominibus dispersum esse. Optime autem hoc invento poeta narrationem exornavit et distinxit.

Ibid. *οὐράνιον ἄχος*] Blomfieldius ad Aesch. Pers. 579 gloss. interpretatur 'calamitatem divinitus ortam', multis adlatis locis, in quibus *οὐράνιος* eodem sensu usurpatum est. Falso autem sic interpretatur locum Persarum *ἀμβόασον οὐράνι' ἄχη*, quod secundum illa *κλέος οὐρανὸν ἵκει, ἀνεβόησεν οὐράνιον ὅσον* rectius intelleges 'eiulatus ad caelum usque sonantes'. Atque similiter hic Erfurdtius *οὐράνιον ἄχος* recte 'ingens malum' interpretatur cl. Ai. 195 *ἄταν οὐρανίαν φλέγων*.

V. 418. *ἐν δ'*] Vide quae ad El. 713 adnotata sunt.

V. 419. Schol.: *εἴχομεν· ἀντὶ τοῦ ἀντείχομεν πρὸς τὴν κόνιν*. Hoc dicit: 'clausis oculis tolerabamus divinitus immissum malum'. De *θεῖος* vide ad Phil. 192, de *νόσος*, quo turbo significatur, confert Erfurdtius Aesch. Prom. 924, ubi tridens *γῆς τινάκτειρα νόσος* appellatur.

V. 420. *τοῦδ' ἀπαλλαγέντος*] Gl. *τοῦ σκηπτοῦ πεπαυμένου*. De locutione *ἐν χρόνῳ μακρῷ* vide ad Philoct. 235.

Digitized by Google

ἡ παῖς ὁρᾶται κἀνακωκύει πικρᾶς
ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον, ὡς ὅταν κενῆς
εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος·
οὕτω δὲ χαὔτη, ψιλὸν ὡς ὁρᾷ νέκυν,
γόοισιν ἐξῴμωξεν, ἐκ δ' ἀρὰς κακὰς
ἠρᾶτο τοῖσι τοὔργον ἐξειργασμένοις.
καὶ χερσὶν εὐθὺς διψίαν φέρει κόνιν
ἔκ τ' εὐκροτήτου χαλκέας ἄρδην πρόχου
χοαῖσι τρισπόνδοισι τον νέκυν στέφει.
χἠμεῖς ἰδόντες ἱέμεσθα, σὺν δέ νιν
θηρώμεθ' εὐθὺς οὐδὲν ἐκπεπληγμένην,
καὶ τάς τε πρόσθεν τάς τε νῦν ἠλέγχομεν
πράξεις· ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίστατο
ἅμ' ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα.

V. 421. *πικρᾶς ὄρνιθος*] 'Moestae volucris'. Qui sic praeter Sophoclem locutus sit, neminem novi. MUSG. Simili tamen ratione *ἡδὺς* O. R. 82 dicitur 'laetus'. ERF. Rectius M. Seyffertus 'avis acerbae i. e. exacerbatae' interpretatur. De similitudine cfr. illum locum Hom. *π* 216.

V. 423. *εὐνῆς — λέχος*] Similis abundantiae exempla affert Pors. ad Eur. Hec. 298.

V. 424. Schol.: *ψιλόν· γυμνὸν τῆς κόνεως.*

V. 425 sq. *ἐκ δ' — ἠρᾶτο*] Tmesis est, de qua vide Krueg. II § 68, 48, 1—3. Sic deinde *σὺν δέ νιν θηρ.* dictum pro *συνθηρώμεθα δέ νιν.*

V. 427. *χερσίν*] Vide ad Ai. 729.

V. 428. *εὐκροτήτου*] 'Malleo bene indurati', ut Eur. El. 819. Cfr. Dorvill. ad Charit. p. 251. ERF. *Ἄρδην* interpretatur Hermannus 'alte sublato urceo'. Schol.: *πρόχου· προχόου.* Cfr. Buttm. § 58.

V. 429. *χοαῖσι τρισπόνδοισι*] Lacte, vino et melle. Vide Eur. Or. 115. Iph. T. 163. ERF. *Τρίσπονδοι χοαὶ* dictae quod numero ternae essent. Homerus *λ* 26 *ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χέομεν πᾶσιν νεκύεσσιν, πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ, τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι.* HERM. Adde Blomf. gloss. ad Aesch. Pers. 616 et nos ad O. C. 479. Schol.: *στέφει· κοσμεῖ, περιρραίνει.* Hoc (*περιρραίνει*) aptius est quam illud. Cfr. *στέφανος* Eur. Cycl. 517. Idem verbum de eadem re El. 53, 441. Inde Aesch. Cho. 95 ipsae *χοαί* dicuntur *στέφη*. Eodem sensu dicitur *στεφανοῦν* Eur. Hec. 128 *τύμβον στεφανοῦν αἵματι χλωρῷ.*

V. 430. Schol.: *ἱέμεσθα· ἐπορευόμεθα, ὡρμῶμεν.* Tum de *συνθηρώμεθα* confer Philoct. 1005 *ὦ χεῖρες, οἷα πάσχετ' ἐν χρείᾳ φίλης νευρᾶς ὑπ' ἀνδρὸς τοῦδε συνθηρώμεναι.*

V. 432. *τάς τε πρόσθεν τάς τε νῦν*] Dicit, ex praesenti facinore manifesto se argumenta repetivisse ad puellam prioris convincendam.

V. 433. *ἄπαρνος δ' οὐδενός*] De genetivo vide Matth. § 344. Krueg. II § 47, 26, 6.

V. 434. *ἅμ' ἡδέως* pro *ἀλλ' ἡδέως* scripsi ex Dindorfii coniectura, qui addit haec: Duplici *ἅμα* Graeci utuntur non solum in sententiis per *μὲν* et *δὲ* oppositis, sed etiam per *καὶ* coniunctis. Plato Gorg. p. 496 c: *ἐὰν εὕρωμεν ἅρα ἅττα ὧν ἅμα τε ἀπαλλάττεται ἄνθρωπος καὶ ἅμα ἔχει.* p. 497 a: *οὐχ ἅμα διψῶν τε ἕκαστος ἡμῶν πέπαυται καὶ ἅμα ἡδόμενος διὰ τοῦ πίνειν.*

Digitized by Google

τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ κακῶν πεφευγέναι
ἥδιστον, ἐς κακὸν δὲ τοὺς φίλους ἄγειν
ἀλγεινόν. ἀλλὰ πάντα ταῦθ᾽ ἥσσω λαβεῖν
ἐμοὶ πέφυκε τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

ΚΡ. σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα,
φῂς ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καὶ φημὶ δρᾶσαι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.

ΚΡ. σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν ᾗ θέλεις
ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον.
σὺ δ᾽ εἰπέ μοι μὴ μῆκος, ἀλλὰ συντόμως,
ᾔδησθα κηρυχθέντα μὴ πράσσειν τάδε;

ΑΝ. ᾔδη. τί δ᾽ οὐκ ἔμελλον; ἐμφανῆ γὰρ ἦν.

ΚΡ. καὶ δῆτ᾽ ἐτόλμας τούσδ᾽ ὑπερβαίνειν νόμους;

ΑΝ. οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,
οὐδ᾽ ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη,
οἳ τούσδ᾽ ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους.

V. 437 sq. πάντα — σωτηρίας] Infinitivus λαβεῖν eodem modo hic additus, quo El. 1016 προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ κέρδος λαβεῖν ἄμεινον, οὐδὲ νοῦ σοφοῦ. Cfr. etiam huius fab. 520. 638. Matth. § 535 not. 1. Scholiasta: οὐδὲν γὰρ προκρίνω τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

V. 439. σὲ δή etc.] Supplendum λέγω. Vide Matth. § 427. Krueg. I § 62, 3, 12.

V. 441. κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή] Vide ad v. 263. Ut ad amussim congruat Antigonae responsio interrogationi Creontis, Schaeferus scribendum suspicatur κοὐ καταρνοῦμαι. Praeterea Hermannus olim coniciebat τὸ μὴ οὐ idque et hic et Ai. 96 reponendum videtur. Nam cum notum sit saepe crasin causam corruptelae fuisse, tum quam facile οὐ post μή aboleri potuerit, cognoscitur ex scriptura libri Medicei Aesch. Prom. 627, 787, ubi οὐ primum omissum, postmodum inlatum est.

V. 442. Schol.: σὺ μέν· πρὸς τὸν ἄγγελόν φησιν ὁ Κρέων. ᾗ· ὅποι. De locutione κομίζοις ἂν σεαυτόν, quam nos reddimus: du kannst gehen, vide Krueg. I § 54, 3, 8.

V. 443. ἔξω — ἐλεύθερον] De coniunctis his nominibus vide quae ad v. 397 sq. adnotavimus.

V. 444. μῆκος] Adverbialiter positum, ut δίκην, τάχος, τέλος et similia, de quibus Matth. § 425. Krueg. I § 46, 8.

V. 445. Rectam formam ᾔδησθα restituit Cobetus. Libri habent ᾔδης τὰ κηρυχθέντα. De plurali κηρυχθέντα cfr. v. 570, 576.

V. 449. οὐδ᾽ ἡ ξύνοικος — Δίκη] Intellegenda 'Iustitia inferorum', quae mortuorum imprimis iura servat. Vide ad Soph. Ai. 1389 sq. De ξύνοικος cum genetivo iuncto vide Matth. § 379 p. 698 et Krueg. I § 47, 10.

V. 450. οἳ . . ὥρισαν, quasi non praecesserint verba ὁ κηρύξας τάδε. Quae inconcinnitas cum in tali sublimis orationis initio parum probetur, aut ex G. Dindorffii coniectura hic versus ut spurius secludatur aut, id quod veri similius est, Valckenarii emendatio Δίκη τοιούσδ᾽ . . ὥρισεν νόμους recipiatur oportet.

Digitized by Google

οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ
κηρύγμαθ᾽, ὥστ᾽ ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν
νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ᾽ ὑπερδραμεῖν.
οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ᾽ ἀεί ποτε
ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν, ἐξ ὅτου ᾿φάνη.
τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς
φρόνημα δείσασ᾽, ἐν θεοῖσι τὴν δίκην
δώσειν. θανουμένη γὰρ ἐξῄδη, τί δ᾽ οὔ;
κεἰ μὴ σὺ προυκήρυξας. εἰ δὲ τοῦ χρόνου
πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ᾽ ἐγὼ λέγω.
ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς
ζῇ, πῶς ὅδ᾽ οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;
οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ᾽ οὐδὲν ἄλγος· ἀλλ᾽ ἂν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ᾽ ἄθαπτον ἠνσχόμην νέκυν,

V. 452 sq. *ωστ᾽ ἄγραπτα — ὑπερδραμεῖν*] Ad verba *θνητὸν ὄντα*, quae ad alium quam ad Creontem referri nequeunt, supplendum sive eliciendum potius ex praegressis verbis *τὰ σὰ κηρύγματα* pronomen *σέ*. Tum verbum *ὑπερτρέχειν* non valet *ὑπερβαίνειν*, sed, ut recte iam Schaeferus monuit, 'superiorem esse, superare'. Eur. Phoen. 578 *ἢν δ᾽ αὖ κρατηθῇς καὶ τὰ τοῦδ᾽ ὑπερδράμῃ*. Ion 973 *καὶ πῶς τὰ κρείσσω θνητὸς οὖσ᾽ ὑπερδράμω;* De *νόμοις ἀγράπτοις* vide ad O. R. 865.

V. 454. *νῦν γε κἀχθές*] Latine: 'heri et nudius tertius'. Quanquam autem vulgo in hac dicendi forma *τὲ καὶ* particulae usurpantur, tamen apte hic *γὲ* positum est, siquidem id graviter hoc loco Antigonam urgeri velle, non 'nunc quidem' sive 'nunc primum' legem illam divinam valere coepisse, vel ex verbis oppositis *ἀλλ᾽ ἀεὶ* apparet.

Ibidem. *ἀεί ποτε*] Sic Ai. 320 *πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους τοιούσδ᾽ ἀεί ποτ᾽ ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ᾽ ἔχειν*.

V. 455. *ζῇ ταῦτα*] Sic O. R. 482 de vaticiniis: *τὰ δ᾽ ἀεὶ ζῶντα περιποτᾶται*.

V. 456 sq. *τούτων ἐγὼ — δώσειν*] Sensus hic est: 'harum (i. e. harum legum violatarum) non habebam in animo hominis decreta metuens poenas dis expendere'.

V. 458. Collocatio verbi *θανουμένη* hunc indicat sensum: 'nam quam tu morte mihi affers poenam, eam cum poenis deorum comparatam nihili facio, praesertim cum omnibus moriendum sit'.

V. 459. Schol.: *προυκήρυξας· τὸν θάνατον. τοῦ χρόνου· τοῦ εἱμαρμένου δηλονότι.*

V. 460. *αὔτ᾽* i. e. *αὐτό* vulgatur post Brunckium. Recte videtur Schneidewinus reduxisse quod est in La *αὔτ᾽* (*αὖτε*), i. e. 'rursum, e contrario'.

V. 462. *κέρδος φέρει*] Exspectes *φέρεται*. Sed vide ad O. C. 6 et Matth. § 496, 5.

V. 464. Schol.: *παρ᾽ οὐδὲν ἄλγος· οὐδεμία λύπη*. Vide ad v. 35.

V. 465. *ἠνσχόμην* cum Dindorfio ex A et Ald. restitui, commotus scholiastae adnotatione *ἠνεσχόμην· ὑπερεῖδον* et La scriptura *ἠισχόμην*. Ceteri libri *ἰσχόμην*. Vulgo scriptum est ab editoribus *ἐσχόμην*, quod habet Eustathius p. 529, 20. Verum cum forma *ἠνσχόμην* a trimetris Sophoclis abiudicanda videatur, cum praeterea locutio *τὸν ἐξ ἐμῆς μητρός* ad-

Digitized by Google

κείνοις ἂν ἥλγουν· τοῖσδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι.
σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν,
σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.
ΧΟ. δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς
τῆς παιδός· εἴκειν δ' οὐκ ἐπίσταται κακοῖς.
ΚΡ. ἀλλ' ἴσθι τοι τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα
πίπτειν μάλιστα· καὶ τὸν ἐγκρατέστατον
σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ
θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰσίδοις·
σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους
ἵππους καταρτυθέντας. οὐ γὰρ ἐκπέλει
φρονεῖν μέγ' ὅστις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας.
αὕτη δ' ὑβρίζειν μὲν τότ' ἐξηπίστατο,

modum inepta sit, gravi corruptela aut interpolatione hic locus laborare putandus est.

V. 466. *κείνοις ἂν ἥλγουν*] De numero plurali pronominis de una re dicto vide ad Philoct. 1355.

V. 468. *σχεδόν τι* etc.] Cfr. El. 609 *εἰ γὰρ πέφυκα τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις, σχεδόν τι τὴν σὴν οὐ καταισχύνω φύσιν,* ubi eadem cum acerbitate vel ironia qua hic verba *σχεδόν τι* posita sunt. Ceterum nota locutio: *μωρίαν ὀφλισκάνω,* 'crimen stultitiae subeo'.

V. 469 sq. Schol.: *δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμόν· τὸ σκληρὸν αὐτῆς τοῦ φρονήματος ὁμολογεῖ πατέρα τὸν Οἰδίποδα.* Construenda: *τὸ τῆς παιδὸς γέννημα δηλοῖ* (cfr. v. 20) *ὠμὸν* (*ὂν*) *ἐξ ὠμοῦ πατρός,* 'progenies cognoscitur aspera asperi patris'. Aliis ergo verbis hoc dicit: *δηλοῖ ἡ παῖς ὠμὴ γεγονυῖα ἐξ ὠμοῦ πατρός.* De omisso *ὂν* participio vide ad O. C. 780.

V. 470. *εἴκειν — κακοῖς*] Cfr. Philoct. 1046 *κοὐχ ὑπείκουσαν κακοῖς* et Aesch. Prom. 320 *σὺ δ' οὐδέπω ταπεινὸς οὐδ' εἴκεις κακοῖς.*

V. 471 sq. *ἀλλ' ἴσθι* etc.] Facile patet primis Creontis verbis ad chori potissimum verba extrema responderi. Tum de vocabulo *σκληρὰ* non inutile est adscripsisse Plutarch. de sera vindicta numinis p. 201 T. VIII ed. Reisk. *τὸ γὰρ σκληρὸν ἐν κακίᾳ, καθάπερ ἐν φαύλῳ σιδήρῳ, σαθρόν ἐστιν, καὶ τὸ ἀντίτυπον εὔθραυστον.*

V. 473. *ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ*] 'Ita coctum igne, ut sit durissimum'. Scholiasta: *περισκελῆ· περιεσκληκότα ἢ κεκομμένα.* Ai. 649, ubi schol.: *περισκελεῖς φρένες· αἱ ἄγαν σκληραὶ ψυχαί.* Vide Lobeckium ad eum locum. Praepositio *ἐκ* hic non posita est eodem sensu quo *ὑπό* cum passivo verbo coniuncta, sed pro *ἐν* propter cogitationem ferri ex igne prolati. Cfr. quae ad Aesch. Prom. 702 et 896 adnotavimus.

V. 475 sq. *σμικρῷ — καταρτυθέντας*] De sententia confer Ai. 1253 *μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.* De verbo *καταρτύειν* hac in re proprio adscripsit Brunckius Plutarch. Themist. 2 *τοὺς τραχυτάτους πώλους ἀρίστους ἵππους γίγνεσθαι, ὅταν ἧς προσήκει τύχωσι παιδείας καὶ καταρτύσεως.*

V. 476. *ἐκπέλει*] Erfurdtius adfert Hesychium, *ἐκπέλει* explicantem *ἔξεστι,* Neuius confert Herod. I 78 *οὐκ ἐξεγένετο Κροίσῳ ἀπαγγεῖλαι.* V 105 *ὦ Ζεῦ, ἐκγενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι.*

V. 477. *τῶν πέλας*] 'Aliorum'. Brunckius conferri iubet Gatakerum Opp. T. I p. 526. Addo Elmsleium ad Eur. Med. 85.

Digitized by Google

νόμους ὑπερβαίνουσα τοὺς προκειμένους·
ὕβρις δ', ἐπεὶ δέδρακεν, ἥδε δευτέρα
τούτοις ἐπαυχεῖν καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν.
ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνήρ, αὕτη δ' ἀνήρ,
εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη.
ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς εἴθ' ὁμαιμονεστέρας
τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς Ἑρκείου κυρεῖ,
αὐτή τε χἠ ξύναιμος οὐκ ἀλύξετον
μόρου κακίστου. καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον
ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου.
καί νιν καλεῖτ'. ἔσω γὰρ εἶδον ἀρτίως
λυσσῶσαν αὐτὴν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν.

V. 481. καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν] De participio vide Krueg. I § 56, 6, 4, de verbo γελᾶν confer Philoct. 258 ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ γελῶσι σῖγ' ἔχοντες.

V. 482. Schol.: ἦ νῦν· ὄντως δή. De sententia cfr. Eur. Iph. A. 944 ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνήρ, ἐγὼ τὸ μηδέν, Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν, εἴπερ φονεύσει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει.

V. 483. Schol.: εἰ ταῦτ' ἀνατί· εἰ ταῦτα τὰ τολμήματα καὶ ἡ νίκη αὕτη χωρὶς βλάβης καὶ τιμωρίας. Videtur vox κράτη significare 'arrogatam potentiam, arrogantiam'.

V. 484 sq. Schol.: ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς, εἴθ' ὁμαιμ.· εἴτε ἐξ ἀδελφῆς ἐμῆς, εἴτε οἰκειοτέρας καὶ συγγενικωτέρας πάντων τῶν οἰκείων (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς ἑρκίου) κυρεῖ, ἀθῷος οὐκ ἄπεισιν. Recte Brunckius: 'sed sive ex sorore, sive ex alia prognata est, quae mihi sit tota familia coniunctior'. Ceterum quod saepe animadvertimus facere homines summo studio et ira abreptos, ut ponant sumantve aliquid, quod tranquilla mente usi sumi non posse vidissent, id et hic facit Creon et persimiliter infra v. 1040 sq.: οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους. De genetivo ex κυρεῖ apto vide Matth. § 374. Krueg. I § 47, 6, 5.

V. 485. τοῦ παντὸς — Ἑρκείου] Eustathius p. 1930, 30 χρῆσις δὲ Ἑρκείου Διὸς καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἔνθα Ἑρκεῖον Δία ἐκεῖνος τοὺς ἐν οἴκῳ πάντας δηλοῖ. Vide etiam Hesychium voce Ἑρκείου Διός eiusque interpretes.

V. 486 sq. οὐκ ἀλ. μόρου κακίστου] Eustathius p. 710, 57 (596, 18) ὅτι δὲ τὸ ἀλύξαι οὐ μόνον κοινότερον αἰτιατικῇ συντάσσεται, ἀλλὰ καὶ γενικῇ, δηλοῖ Σοφοκλῆς ἐν τῷ οὐκ — κακίστου. Cfr. Krueg. II § 47, 13, 1.

V. 487 sq. καὶ γὰρ — τάφου] I. e. καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον ἐπαιτιῶμαι τοῦδε τοῦ τάφου. δηλονότι βουλεῦσαι αὐτόν. Cfr. Matth. § 535 c. not. 1 et § 632, 6. Vide etiam ad Philoct. 62. Atque ἴσον adverbialiter 'pariter' vel 'pari modo' ut O. R. 1018. 1347 interterpretatur Neuius. Verum recte G. Wolffius monet opinioni infinitivi epexegetici repugnare collocationem verbi βουλεῦσαι. Itaque videndum, ne ἴσον βουλεῦσαι eadem ratione qua μετασχεῖν v. 535 usurpatum genetivum asciverit.

V. 489. ἔσω] Exspectaveris ἔνδον. Verum vide Ai. 105. 235. El. 1103. O. R. 57. O. C. 18. Trach. 202. 867. Phil. 533. Cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 127 sq.

V. 490. Schol.: ἐπήβολον φρενῶν· κυρίαν τῶν φρενῶν καὶ ἑστῶσαν ἐν αὐτῇ. Confer Blomf. gloss. ad Aesch. Prom. 453. Summo dolore affecta erat Ismena propter detectum facinus sororis et supplicium, quod ei imminebat.

Digitized by Google

φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς πρόσθεν ᾑρῆσθαι κλοπεὺς
τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων.
μισῶ γε μέντοι χὤταν ἐν κακοῖσί τις
ἁλοὺς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ.
ΑΝ. θέλεις τι μεῖζον ἢ κατακτεῖναί μ' ἑλών;
ΚΡ. ἐγὼ μὲν οὐδέν· τοῦτ' ἔχων ἅπαντ' ἔχω.
ΑΝ. τί δῆτα μέλλεις; ὡς ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων
ἀρεστὸν οὐδέν, μηδ' ἀρεσθείη ποτέ·
οὕτω δὲ καὶ σοὶ τἄμ' ἀφανδάνοντ' ἔφυ.
καίτοι πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον
κατέσχον ἢ τὸν αὐτάδελφον ἐν τάφῳ
τιθεῖσα; τούτοις τοῦτο πᾶσιν ἁνδάνειν
λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄοι φόβος.

V. 491. Schol.: *φιλεῖ δ' ὁ θυμός· εἴωθεν ἡ ψυχὴ τῶν λάθρα τι κακὸν τεχνωμένων προαλίσκεσθαι καὶ ἑαυτὴν ποιεῖν καταφανῆ, πρὶν φωραθῆναι. Ἄλλως. Τῶν λάθρα τι βουλομένων δρᾶν ὁ θυμὸς προκλέπτεται, καὶ περὶ τὴν κατάστασιν τοῦ σώματος ἔνδηλόν τι γίνεται τὸ κατηγοροῦν τῆς πράξεως αὐτῶν.* Male Erfurdtius *κλοπεὺς* 'celatorem' interpretatur, cum sit is, qui aliquid occulte facit, auctor facinoris occulti. Saepissime enim ita *κλέπτειν τι* usurpatur.

V. 493 sq. Schol.: *μισῶ γε μέντοι· μισῶ τὸν ἁμαρτάνοντα καὶ ἐπικοσμοῦντα τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ. τοῦτο δέ φησιν, ὅτι ἁλοῦσα ἡ Ἀντιγόνη ἔφασκε τῷ θείῳ νόμῳ ἐπαρκεῖν.* De *ἔπειτα* particula vide Krueg. I § 56, 10, 3.

V. 495. *ἢ κατ. — ἑλών*] De addito *ἑλὼν* confer huius fab. 398 et O. R. 641 *ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος ἢ κτεῖναι λαβών.*

V. 496. *ἐγὼ μὲν οὐδὲν*] De hoc *ἐγὼ* pronominis usu in respondendo confert Wexius Philoct. 735 *οὐ δῆτ' ἔγωγε.* 1389 *οὔκουν ἔγωγε.* Aristoph. Ran. 660 *οὐκ ἤκουσας; — οὐκ ἔγωγε.* Plut. Alcib. 3 *δάκνεις, ὦ Ἀλκιβιάδη, καθάπερ αἱ γυναῖκες· Οὐκ ἔγωγε, εἶπεν, ἀλλ' ὡς οἱ λέοντες.*

V. 498. *μηδ' ἀρεσθείη ποτέ*] De *μηδὲ* post *οὐδὲν* vide Krueg. I § 59, 2, 7, huius fab. 686. — Ceterum Neuius: '*ἀρεσθείη* passivum est ad signif. aor. *ἀρέσαι.* Hom. Il. *ι* 120. *τ* 138 *ἂψ ἐθέλω ἀρέσαι, δόμεναί τ' ἀπερείσι' ἄποινα.* Theogn. 762 *σπονδὰς θεοῖσιν ἀρεσσάμενοι.* Cfr. El. 1248. Etiam *ἠρέσκοντο* 'placebant', adnotat Schneider. Lex. ex Herod. VI 128.' Elmsleius ad O. R. 322 *ἀρέστ' εἴη,* Hermannus *ἀρεσθείην* scripsit.

V. 499. *ἀφανδάνοντ' ἔφυ*] De *ἔφυ* cum participio iuncto confer O. R. 9 *πρέπων ἔφυς.* 587 *ἱμείρων ἔφυν.* Philoct. 1056 *χρῄζων ἔφυν.*

V. 500 sq. *κλέος γ' ἂν εὐκλ.*] De abundantia locutionis confer huius fab. 588 *δυσπνόοις πνοαῖς.* 1261 *φρενῶν δυσφρόνων.* 1276 *πόνοι δύσπονοι.* 1284 *νεοτόμοισι πλήγμασιν.* 1287 sq. *κακάγγελτα προπέμψας ἄχη.* Ai. 138 *λόγος κακόθρους.* 546 *νεοσφαγῆ φόνον.* 631 sq. *χερόπληκτοι δοῦποι.* 708 sq. *εὐάμερον φάος.* O. C. 713 sq. *εὐήρετμος πλάτα.* Trachin. 791 *τὸ δυσπάρευνον λέκτρον.* Eurip. Troad. 75 *δύσνοστον νόστον,* et quae ad El. 1154 adnotavimus.

V. 503. *ἐγκλῄοι* cum Schaefero posui, nisi quod ille *ἐγκλείοι.* Libri *ἐγκλείσοι.* Minus apte Erfurdtius *ἐγκλῇσαι* scripsit.

ἀλλ' ἡ τυραννὶς πολλά τ' ἄλλ' εὐδαιμονεῖ,
κἄξεστιν αὐτῇ δρᾶν λέγειν θ' ἃ βούλεται.
ΚΡ. σὺ τοῦτο μούνη τῶνδε Καδμείων ὁρᾷς.
ΑΝ. ὁρῶσι χοὖτοι, σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα.
ΚΡ. σὺ δ' οὐκ ἐπαιδεῖ, τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς;
ΑΝ. οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν τοὺς ὁμοσπλάγχνους σέβειν.
ΚΡ. οὔκουν ὅμαιμος χὠ καταντίον θανών;
ΑΝ. ὅμαιμος ἐκ μιᾶς τε καὶ ταὐτοῦ πατρός.
ΚΡ. πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾷς χάριν;
ΑΝ. οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς.
ΚΡ. εἴ τοί σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ.
ΑΝ. οὐ γάρ τι δοῦλος, ἀλλ' ἀδελφὸς ὤλετο.

V. 504 sq. Schol.: *ἀλλ' ἡ τυραννὶς πολλά· οὐκ ἐν ἐπαίνῳ τοῦτο τῆς τυραννίδος· ἀλλ' ἔχει τι εἰρωνείας ὁ λόγος.* Invidiose haec dicit Antigona, ut Creonti libidinem dominationis exprobret. Sententia *πολλὰ εὐδαιμονεῖ* pertinet ad praecipua iura regum.

V. 506. Schol.: *σὺ τοῦτο μούνη· σοὶ μόνῃ τοῦτο δοκεῖ δίκαιον εἶναι, ταφῆναι τὸν Πολυνείκη.* Immo 'tibi uni videor cum libidine dominari'.

V. 507. *σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα· γιγνώσκουσι καὶ οὗτοι· διὰ δὲ σὲ τὸ στόμα συστέλλουσι καὶ σιωπῶσιν.* Cfr. Buttmannus Lexil. T. II p. 150.

V. 508. Schol.: *τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς· ἀντὶ τοῦ παρὰ τούτους φρονοῦσα.* De *εἰ* vide Krueg. I § 65, 5, 7, de *χωρὶς* Neuius O. C. 808 et Heind. et Stallbaum. ad Plat. Protagor. p. 336 b conferri iubet. Hoc autem Creon dicit: 'te vero non pudet secus quam illi faciunt cogitare meisque imperiis obloqui?'

V. 510. *χὠ καταντίον θανών*] Eteocles.

V. 511. Solita ratio respondendi, cum id quod interrogatur non simpliciter conceditur, sed aliquid definiendi vel explicandi causa adicitur, commendat coniecturam *ὅμαιμος ἐκ μιᾶς γε*, quam iam Hermannum proposuisse video.

512. *πῶς δῆτ' ἐκείνῳ — χάριν*] Locutio *δυσσεβῆ χάριν τιμᾶν* ad illas referenda, de quibus Krueg. II § 46, 7 egit. Musgravius confert Eur. Or. 829 *πατρῴαν τιμῶν χάριν. Ἐκείνῳ* est Eteocli. Recte Hermannus sensum hunc esse monet: *πῶς δῆτα δυσσεβὴς εἶ εἰς ἐκεῖνον;* Impiam enim in Eteoclem dicit Antigonam, quod eius inimicum honore afficiat. Dativus autem *ἐκείνῳ* utrum ex nomine *δυσσεβῆ* an ex verbo *τιμᾷς* aptus sit, ambigere possis. Recte posterius statui posse apparet ex Ai. 687 sq. Item *τιμᾶν τί τινι* dixit Pindarus Pyth. IV 480 coll. Dissen. p. 248. Ita dictio *τιμᾷς χάριν* ab altero fratre ad alterum cum ironia detorquetur, ut hic fere sensus eliciatur: *πῶς δῆτα ἀτιμάζεις τὸν Ἐτεοκλέα νέμων αὐτῷ δυσσεβῆ καὶ ἀχάριτα.* Non male Escherus *ἐκεῖνον* coniecit, minus bene Nauckius *τίνεις* vel *νέμεις χάριν*. — *Πῶς* est 'qui fit ut' i. e. 'cur'.

V. 513. *οὐ μαρτυρήσει ταῦθ'*] Gl.: *ὅτι δυσσεβὲς ἡγεῖται τὸ θάπτειν με Πολυνείκην.* De locutione *ὁ κατθανὼν νέκυς*, qua Eteoclem significari apparet, vide ad v. 26.

V. 514. *ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ*] 'Eodem modo atque impium illum' i. e. 'impium illum eodem modo atque ipsum'. Cfr. 644 *ἐξ ἴσου πατρί.*

V. 515. *οὐ γάρ τι — ὤλετο*] Hoc dicit: 'non potest Eteocles neglectum se prae Polynice a me iudicare, si Polynicem, fratrem

ΚΡ. πορθῶν δὲ τήνδε γῆν, ὁ δ' ἀντιστὰς ὕπερ.
ΑΝ. ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ.
ΚΡ. ἀλλ' οὐχ ὁ χρηστὸς τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσος.
ΑΝ. τίς οἶδεν, εἰ κάτωθεν εὐαγῆ τάδε;
ΚΡ. οὔτοι ποθ' οὐχθρός, οὐδ' ὅταν θάνῃ, φίλος.
ΑΝ. οὔτοι συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν.
ΚΡ. κάτω νῦν ἐλθοῦσ', εἰ φιλητέον, φίλει
κείνους· ἐμοῦ δὲ ζῶντος οὐκ ἄρξει γυνή.
ΧΟ. καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη
φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη·
νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν

eius, non servum, ego, quae soror utriusque sim, eadem qua illum pietate prosequendum puto'.

V. 517. *ὅμως ὅ γ' Ἅιδης — ποθεῖ*] Creon cum fratres tamen valde a se diversos fuisse dixisset, quorum alter pro patria, alter contra patriam pugnans cecidisset, Antigona respondet: 'nihilo secius mortui ut sepulturae honorem consequantur eundem, operam dare nos Pluto iubet'. Scriptura *ἴσους* ex scholio recepta est. Libri *τούτους*, cui in La diorthotes adscripsit *γρ. τοὺς νόμους ἴσους*.

V. 518. *ἀλλ' οὐχ — ἴσος*] 'At non est par bonus malo ad participandas leges'. Pluto pares leges requirit paribus. De infinitivo *λαχεῖν* vide ad v. 437 sq.

V. 519. Schol.: *τίς οἶδεν, εἰ κάτω 'στίν· γρ. κάτωθεν ἀντὶ τοῦ κάτω· ὡς τὸ Αἴας ἐγγύθεν ἦλθεν* (Hom. Il. η 219. λ 485) *ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Ὁ δὲ νοῦς· τίς οἶδεν, εἰ καθ' Ἅιδου ἀλλήλοις διαλλάσσοντες ἡγοῦνται εὐσεβῆ τάδε;* — In adverbio *κάτωθεν* nunc nemo haerebit. Sic huius fab. 1070 *τῶν κάτωθεν θεῶν*. Philoct. 28 *ἄνωθεν ἢ κάτωθεν*. El. 1058. 1449. Eurip. Alc. 424 *τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ*. Hel. 1014 *τοῖς τε νερτέροις καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις*. Aesch. Choeph. 833 *τοῖς θ' ὑπὸ χθονὸς φίλοισι τοῖς τ' ἄνωθεν*. Demosth. c. Aristocr. p. 629 *ὁ κάτωθεν νόμος*. Adde Eur. Heracl. 141 *νόμοισι τοῖς ἐκεῖθεν*. Aesch. Suppl. 390 *δεῖ τοί σε φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν*. Cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 128.

V. 520. In Antigona Euripidis (fr. 176) Creon docetur haec: *θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος ἔχει· μαθεῖν δὲ πᾶσίν ἐστιν εὐμαρές· τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ ὀδύναισι δώσει; κτέ.*

V. 521. Valcken. ad Eur. Phoen. 397 comparat hunc versum cum Eur. Iph. A. 406 *ΜΕ. δείξεις δὲ ποῦ μοι πατρὸς ἐκ ταὐτοῦ γεγώς; ΑΓ. συνσωφρονεῖν, ἀλλ' οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυν*. De *ἔφυν* cum infin. iuncto vide Krueg. I § 55, 3, 3.

V. 524. *πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμ.*] 'Pro foribus adest Ismene', adducta Creontis iussu, coll. v. 491.

V. 525. *δάκρυ' εἰβομένη* correxit Triclinius. Libri *δάκρυα λειβομένα*. Cum *εἴβεσθαι* ab usu tragicorum sit alienum, fortasse praeferendum quod post Wexium Bergkius posuit *δάκρυ λειβομένη*, sicut scholiasta *φιλάδελφα* interpretatur *φιλαδέλφως*. De locutione *φιλάδελφα δακρύουσα* vide Krueg. I § 46, 5, 4.

V. 526. *νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ*] Cfr. Hor. Ep. I 18, 94 *deme supercilio nubem.*

V. 526 sq. Schol.: *αἱματόεν ῥέθος αἰσχύνει· τὸ ἐπὶ τῷ προσώπῳ ἐρύθημα. Ἀλληγορικῶς δὲ εἶπε τὴν νεφέλην· ὡς γὰρ ἡ νεφέλη στυγνὴν καὶ ὁμιχλώδη τὴν ἡμέραν ποιεῖ, οὕτω καὶ ταύτην διάδηλόν φησι γίνεσθαι ταῖς ὀφρύσι συμφοράζουσαν, καὶ τὸ*

Digitized by Google

ῥέθος αἰσχύνει,
τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν.
ΚΡ. *σὺ δ', ἣ κατ' οἴκους ὡς ἔχιδν' ὑφειμένη*
λήθουσά μ' ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον
τρέφων δύ' ἄτα κἀπαναστάσεις θρόνων,
φέρ' εἰπὲ δή μοι, καὶ σὺ τοῦδε τοῦ τάφου
φήσεις μετασχεῖν, ἢ 'ξομεῖ τὸ μὴ εἰδέναι;

ΙΣΜΗΝΗ.

δέδρακα τοὔργον, εἴπερ ἥδ' ὁμορροθεῖ,
καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας.
ΑΝ. *ἀλλ' οὐκ ἐάσει τοῦτό γ' ἡ δίκη σ', ἐπεὶ*
οὔτ' ἠθέλησας οὔτ' ἐγὼ 'κοινωσάμην.
ΙΣ. *ἀλλ' ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι*
ξύμπλουν ἐμαυτὴν τοῦ πάθους ποιουμένη.

πρόσωπον στυγνὸν καὶ κατηφέστερον πεποιηκυῖαν. Dicitur *αἱματόεις* vultus propter ruborem nimium, quo suffusus est, ortum ex pudore et fletu. Talem vultum iam supra v. 492 Creon verbo *λυσσῶσαν* indicavit.

V. 527. *ῥέθος*] 'Vultum'. Adscribunt Eur. Herc. 1205 *ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον.* Moschi IV 2 *τὸ πρὶν δέ τοι οὐκ ἔτ' ἔρευθος σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι.* Apollon. Rhod. II 68, ubi schol.: *ῥέθος ἅπαν μέλος, ἐνταῦθα δὲ τὸ πρόσωπον.* Eustathius ad Il. *π* p. 1090 *ἰστέον, ὅτι ῥέθεα οἱ μὲν ἄλλοι τὰ μέλη φασίν, Αἰολεῖς δὲ μόνοι κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ πρόσωπον ῥέθος καλοῦσιν.*

V. 528. *τέγγουσ' εὐῶπα παρ.*] Perapte a poeta dictam esse nubem frontis irrigare genas sponte apparet. De locutione *εὐὼψ παρειὰ* vide ad O. R. 189. De toto loco confer Aeschyl. Prom. 144 sq. *φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις ὁμίχλα προσῆξε πλήρης δακρύων.*

V. 529. Schol.: *ὡς ἔχιδν'· ἡ γὰρ ἔχιδνα λάθρα καθεζομένη τῶν ἀνθρώπων ἐκπίνει τὸ αἷμα.* De *ὑφειμένη* ('subrepens') cfr. O. R. 387. De sententia compara Soph. El. 784 *ἥδε γὰρ μείζων βλάβη ξύνοικος ἦν μοι, τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ ψυχῆς ἄκρατον αἷμα.*

V. 530. *λήθουσά μ' ἐξέπινες*] Pro *ἐλάνθανές με ἐκπίνουσα.* Cfr. Matth. § 552 not. — De structura *ἣ — ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον* etc. vide eundem § 472, 3. Krueg. I § 59, 2, 6 (et § 60, 6).

V. 531. *δύ' ἄτα*] Sic O. C. 532. Explicatur nomen *ἄτα* verbo *ἐπαναστάσεις.* De numero duali et plurali commutato vide nostr. Cur. epigraph. p. 17.

V. 533. Schol.: *ἢ 'ξομεῖ· ἢ ἀπαρνῇ εἰδέναι ἐνώμοτος;*

V. 534. Schol.: *ὁμορροθεῖ· ὁμοφωνεῖ.* Verba *εἴπερ ἥδ' ὁμορροθεῖ* mussitat Ismena non ignara moris et mentis sororis.

V. 535. *καὶ ξυμμετίσχω — τῆς αἰτίας*] Genetivus non pendet a proximo verbo, sed a remotiore *ξυμμετίσχω.* Eodem modo locutus poeta est O. C. 1330 *ὅς μ' ἐξέωσε κἀπεσύλησεν πάτρας.* Alia exempla collegit Lobeck. ad Ai. p. 294 sq., Matth. § 428, 2. Schaefer. Appar. crit. in Demosth. T. V p. 246. *Φέρω* post *ξυμμετίσχω* i. q. *συμφέρω.* Cfr. O. R. 347 *ξυμφυτεῦσαι τοὔργον εἰργάσθαι θ',* Demosth. II § 9 *καὶ συμπονεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφοράς.*

V. 536. *ἀλλ' οὐκ ἐάσει τοῦτό γ'* etc.] *Τοῦτο,* i. e. *τὸ ξυμμετίσχειν τῆς αἰτίας.*

V. 539. Schol.: *ξύμπλουν· κοινωνόν.* Conferunt editores Eurip.

Digitized by Google

ΑΝ. ὧν τοὔργον, Ἅιδης χοἰ κάτω ξυνίστορες·
λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην.
ΙΣ. μήτοι, κασιγνήτη, μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ
θανεῖν τε σὺν σοὶ τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι.
ΑΝ. μή μοι θάνῃς σὺ κοινά, μηδ' ἃ μὴ ᾽θιγες
ποιοῦ σεαυτῆς. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ.
ΙΣ. καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ φίλος;
ΑΝ. Κρέοντ' ἐρώτα. τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών.
ΙΣ. τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ' οὐδὲν ὠφελουμένη;
ΑΝ. ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ.
ΙΣ. τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἔτ' ὠφελοῖμ' ἐγώ;

Iph. T. 599 ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς συμφοράς, οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μόχθων χάριν et Ai. 1328 sq. ἔξεστιν οὖν εἰπόντι τἀληθῆ φίλῳ σοὶ μηδὲν ἧσσον ἢ πάρος ξυνηρετμεῖν, Eur. Herc. 1223 χάριν δὲ γηράσκουσαν ἐχθαίρω φίλων καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅστις ἀπολαύειν θέλει, συμπλεῖν δὲ τοῖς φίλοισι δυστυχοῦσιν οὔ.

V. 540 sq. Opponuntur inter se τὸ ἔργον et λόγοις. — Οὐ στέργω, 'aspernor'. Cfr. Eur. Med. 88 εἰ τούσδε γ' εὐνῆς εἵνεκ' οὐ στέργει πατήρ.

V. 542. μήτοι — μ' ἀτιμάσῃς etc.] De μὲ pronominis positu confer Herm. ad Vig. p. 893 et Matth. ad Eur. Hec. 62; de articulo infinitivo praeposito vide Matth. § 534 n. 2. Krueg. I § 67, 12, 6.

V. 543. Schol.: ἁγνίσαι· ἀντὶ τοῦ τιμῆσαι. Cfr. 1081. Eur. Or. 40. Iacobs. ad Anthol. Palat. XV 6.

V. 544. μή μοι — σὺ κοινὰ] Cfr. Ai. 577 τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται et O. C. 1752 χάρις ἡ χθονία ξύν' ἀπόκειται.

Ibid. ἃ μὴ ἔθιγες] De hac constructione verbi θιγγάνειν cfr. Krueg. II § 47, 12, 2.

V. 545. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ] 'Sufficiet me mori.' Vide Krueg. I § 56, 8, 1.

V. 546. Recte suspectat Nauckius additum φίλος, quod sententiam debilitat. Scribi non potest: καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ, φίλος; Nauckius coniecit σοῦ γ' ἄτερ λελειμμένῃ; Cum post λελειμμένῃ facile μόνῃ interciderit, scripsisse videtur poeta: καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ μόνῃ; Cfr. Eur. Med. 52 πῶς σοῦ μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει et infra v. 566.

V. 547. Schol.: τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών· ἢ τοῦ βίου, ἐπεὶ φιλοζωοῦσα οὐ συνέπραξας· ἢ τοῦ Κρέοντος, ἐπεὶ μὴ παρέβης αὐτοῦ τὰ ψηφίσματα. Sponte apparet posteriorem tantum probari interpretationem posse. Hoc igitur Antigona dicit: 'tu ut Creonti prospexisti, ita ille tibi prospiciet'. De cuius dicti acerbitate statim Ismena conqueritur.

V. 548. τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ' etc.] De duplici accusativo ex ἀνιᾶν apto vide ad O. R. 264 sq. Tum οὐδὲν ὠφελουμένη valet: 'nihil inde lucri auferens'. Sic Philoct. 1383.

V. 549. ἀλγοῦσα — γελῶ] Dolere se de Ismena dicit, etiamsi eam irrideat; quod fecit verbis: Κρέοντ' ἐρώτα· τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών. Tum ἐν σοὶ γελᾶν γέλωτα poetice dictum pro ἐγγελᾶν σοί. Elegantem coniecturam ex scholio εἰ γελῶ, φησιν, ἐπὶ σοί, ἀλγοῦσα γελῶ Heimsoethius elicuit: ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γελῶ 'πὶ σοί, γελῶ.

V. 550. ἀλλὰ νῦν] Iungendae hae particulae sunt, ut El. 411. Cfr. Hermannus ad Vig. p. 811. Elmsleius ad Eurip. Heracl. 565. Dicit autem hoc Ismena: 'si ante

ΑΝ. σῶσον σεαυτήν. οὐ φθονῶ σ' ὑπεκφυγεῖν.
ΙΣ. οἴμοι τάλαινα, κἀμπλάκω τοῦ σοῦ μόρου;
ΑΝ. σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν, ἐγὼ δὲ κατθανεῖν.
ΙΣ. ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀρρήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις.
ΑΝ. καλῶς σὺ μὲν σοί, τοῖς δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν·
ΙΣ. καὶ μὴν ἴση νῷν ἐστιν ἡ 'ξαμαρτία.
ΑΝ. θάρσει. σὺ μὲν ζῇς, ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι
τέθνηκεν, ὥστε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν.
ΚΡ. τὼ παῖδέ φημι τώδε τὴν μὲν ἀρτίως
ἄνουν πεφάνθαι, τὴν δ' ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ.
ΙΣ. οὐ γάρ ποτ', ὦναξ, οὐδ' ὃς ἂν βλάστῃ μένει
νοῦς τοῖς κακῶς πράσσουσιν, ἀλλ' ἐξίσταται.

in sepeliendo fratre tibi adiutrix non fui, at certe nunc quomodo adiuvare te possim, dic quaeso'.

V. 552. κἀμπλάκω — μόρου] Recte, puto, Hermannus explicat: 'etiam mortis tuae societate priver'. Minus commode Neuius καὶ eo modo usurpatum hic censet, quo 'et' nonnunquam a Latinis usurpatum esse Matthiaeus ad M. Tulli orat. Pompei XIV 42 monet. [Videtur sensum recte reddidisse Boeckhius verbis: 'weh mir! und theilen soll ich nicht dein Todesloos?]

V. 554. ἀλλ' οὐκ — λόγοις] Intellege: ζῆν εἱλόμην. Sensus ergo hic est: 'sed non malui servare vitam, quin enuntiarem, quibus rationibus ducerer'; i. e. 'sed tu non ignoras, cur noluerim tecum legem violare'. Cfr. v. 58 sqq. De ἐπὶ praepositione vide Eur. Ion 228 ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις μήλοισι δόμων μὴ πάριτ' εἰς μυχόν, Herc. 708 ὕβριν θ' ὑβρίζεις ἐπὶ θανοῦσι τοῖς ἐμοῖς cum Pflugkii adnotatione, Matth. § 586 γ.

V. 555. καλῶς σὺ μὲν σοί Martinus restituit secundum scholiastae interpretationem: σεαυτῇ καλῶς ἐδόκεις φρονεῖν. La μὲν γοῦ in μέντοι mutatum a pr. m.; vulgatur ex A μὲν τοῖς, in qua lectione τοῖς ad significationem pronominis τούτοις accedere putant, ut sit τοῖς σοῖς λόγοις pro ablativo instrumenti. Antigona dicit: 'tu sequebare tuum iudicium, ego aliorum (scilicet inferorum)'. De particulis μὲν et δὲ non suo loco positis cfr. v. 1100 sq., 1297 sq.

V. 557 sq. Schol.: ἡ δ' ἐμὴ — τέθνηκεν· οἷον προῃκάμην τὸ ζῆν, βοηθῆσαι βουλομένη τῷ ἀδελφῷ. Mirum est a quoquam probari hanc interpretationem potuisse. Nemo non perspexisset sensum huius loci, si scripsisset poeta: ὥστε τοῖς ζῶσι μηκέτ' ὠφελεῖν, 'ita ut vivis nihil iam utilis sim'. Idem autem significavit iis verbis, quae posuit. Nam mortuis necessario incipit utilis esse qui vivis esse desierit. — Exempla verbi ὠφελεῖν cum dativo iuncti attulit plura Krueg. II § 46, 8, 2.

V. 559. τὼ παῖδε] Vide ad O. C. 1676. De locutione τὼ παῖδε — τὴν μὲν monitum ad v. 21 sq.

V. 561 sq. οὐ γάρ ποτ' — ἐξίσταται] Scholiasta hos versus male sic interpretatur, quasi corrigi Ismene perversitatem mentis infortunio dicat. Hoc illa dicit, etiam qui ante recta mente usi sint, rebus adversis perturbatos prava consilia sequi. HERM. Huic sententiae obloquitur Creon Euripideus fr. 165 ἄκουσον· οὐ γὰρ οἱ κακῶς πεπραγότες σὺν ταῖς τύχαισι τοὺς λόγους ἀπώλεσαν.

Digitized by Google

ΚΡ. σοὶ γοῦν, ὅϑ' εἵλου ξὺν κακοῖς πράσσειν κακά.
ΙΣ. τί γὰρ μόνῃ μοι τῆσδ' ἄτερ βιώσιμον;
ΚΡ. ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγ'· οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι.
ΙΣ. ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου;
ΚΡ. ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι.
ΙΣ. οὐχ ὥς γ' ἐκείνῳ τῇδέ τ' ἦν ἡρμοσμένα.
ΚΡ. κακὰς ἐγὼ γυναῖκας υἱέσι στυγῶ.
ΑΝ. ὦ φίλταϑ' Αἷμων, ὥς σ' ἀτιμάζει πατήρ.
ΚΡ. ἄγαν γε λυπεῖς καὶ σὺ καὶ τὸ σὸν λέχος.
ΧΟ. ἦ γὰρ στερήσεις τῆσδε τὸν σαυτοῦ γόνον;
ΚΡ. Ἅιδης ὁ παύσων τούσδε τοὺς γάμους ἔφυ.
ΧΟ. δεδογμέν', ὡς ἔοικε, τήνδε κατϑανεῖν.
ΚΡ. καὶ σοί γε κἀμοί. μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλά νιν

V. 563. *ξὺν κακοῖς*] Gl. *σὺν τῇ ἀδελφῇ*. De plurali vide ad v. 10. Invidiose Creon ea quibus Ismena usa est *κακῶς πράσσειν*, invertit in *κακὰ πράσσειν*.

V. 565. *ἀλλ' 'ἥδε' μέντοι μὴ λέγ'*] De *ἥδε* vide Matth. § 280 et Seidl. ad Eur. El. 657.

V. 566. Schol.: *νυμφεῖα· ἀντὶ τοῦ τὴν νύμφην*. Cfr. O. R. 85 *ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα* et vide Porson. ad Eur. Or. 1051.

V. 567. *ἀρώσιμοι — γύαι*] Confer O. R. 1210 et 1256 sq. cum notis nostris. Schol.: *ἀρώσιμοι· παιδοποιήσιμοι, εὐγεώργητοι*, Ceterum adverte, quantopere se Creon hoc dicto omnis humanitatis amorisque expertem esse ostendat.

V. 568. *οὐχ ὥς γ' — ἡρμοσμένα*] Hoc dicit Ismena: 'sed non exstant qui ita secum coniuncti sint, ut Haemon et Antigona'. Vide Matth. § 297 not. 2. Krueg. I § 52, 3, 4. De plurali participii confer 576 *δεδογμένα*.

V. 569. *κακὰς — στυγῶ*] De dativo confert Neuius Hom. Il. *η* 21 *Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην*. *ϑ* 204 *σὺ δέ σφισι βούλεο νίκην*.

V. 570. Cum Boeckhio et Suevernio ex plurium codd. auctoritate hunc versum Antigonae tribui, vulgo Ismenae tributum.

V. 571. *ἄγαν γε λυπεῖς* etc.] 'Nimis tu molesta mihi es cum nuptiis tuis.' Cfr. Ai. 589 *ἄγαν γε λυπεῖς*. Similiter supra *ἀνιαρῶς λέγεις* v. 316 dictum. Denique de *καὶ σὺ καὶ* etc. cfr. Ai. 1147 *καὶ σὲ καὶ τὸ σὸν λάβρον στόμα*, ut alia plurima eiusdem generis omittam.

V. 572. Invitis libris choro assignavi cum Boeckhio hunc versum, male vulgo Ismenae assignatum, a qua dici non potuit post ea, quae iam v. 566 posuit.

V. 573. Pro *ἔφυ* in optimo libro est *ἐμοί*, quod forsitan reduci debeat, nisi neque *ἐμοὶ* neque *ἔφυ* scripsisse poeta putandus est, sed aliud quid intercidit. Meinekius *κυρεῖ*, Nauckius *μόνος*, alii alia coniecerunt.

V. 574. Item hunc versum cum Boeckhio choro tribui, ut est in cod. Aug. Vulgo Ismenae tribuitur. De plurali *δεδογμένα* vide Krueg. II § 44, 3, 9, de omisso *ἐστὶν* eundem I § 56, 3, 5 et O. C. 1431 *οὕτως ἄρ', ὦ παῖ, ταῦτά σοι δεδογμένα;*

V. 575. *καὶ σοί γε κἀμοί*] Hoc dicit: 'ut tibi quidem videtur a me decretum esse, ita a me decretum est'. Variat vim verbi *δοκεῖν* ut supra v. 323 atque dicit acerbe ut iratus et moram inique ferens.

Ibid. *μὴ τριβὰς ἔτ'*] I. e. *μὴ τριβάζετε ἔτι, μηκέτι τριβὰς ποιεῖσϑε*. Adscripserunt editores Aristophan. Acharn. 345 *μή μοι πρόφασιν*. Vesp. 1179 *μή μοί γε*

Digitized by Google

κομίζετ' εἴσω, δμῶες· ἐκδέτας δὲ χρὴ
γυναῖκας εἶναι τάσδε μηδ' ἀνειμένας.
φεύγουσι γάρ τοι χοἰ θρασεῖς, ὅταν πέλας
ἤδη τὸν Ἅιδην εἰσορῶσι τοῦ βίου.

(*στροφὴ α'.*)

ΧΟ. *Εὐδαίμονες οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών.*
οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας
οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον·
ὅμοιον ὥστε ποντίαις
οἶδμα δυσπνόοις ὅταν

μύθους. Ex Latinis scriptoribus Cic. de Fin. II 6 *tum ille finem, inquit, interrogandi, si videtur.* ibid. IV extr.: *scrupulum, inquam, abeunti, sed videbimus.* Vide Bergler. ad Aristoph. I. c., Schaefer. ad L. Bos. p. 636, Heindorf. et Stallbaum. ad Platon. Protag. p. 318 b. Krueg. I § 62, 3, 5.

V. 576 sq. *ἐκδέτας δὲ χρὴ* post M. Seyffertum, qui *εὖ δετὰς δὲ χρὴ* scripsit, invenit R. Engelmannus. La *ἐκ δὲ τᾶσδε χρή*, ceteri libri *ἐκ δὲ τοῦδε χρή*, scilicet ex correctione. Sic omnes turbae emendantium consilescunt. Verbum *ἔκδετος* adfertur ex Anth. IX 97, 4. Cfr. Eur. Andr. 556 *χέρας βρόχοισιν ἐκδήσαντες.* De terminatione vide Krueg. II § 22, 3, 2 et supra ad v. 134. — De *ἀνειμένας* cfr. El. 516 *ἀνειμένη μέν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφει.*

V. 578 sq. *ὅταν πέλας — τοῦ βίου*] Genetivum *τοῦ βίου* ex nomine *πέλας* aptum esse apparet. His dictis abducuntur Antigona et Ismena, remanente Creonte.

V. 580—619. Chorus cum imminere iam mortem Antigonae vidisset, de misera totius Labdacidarum gentis sorte recordatus, si qui semel mala experti sint divinitus immissa, eorum omnes posteros a dis agitari calamitatibus queritur. Ita et ceteros omnes, qui absumpti sint, Labdacidas a stirpe vexatos malis esse, et extremam iam gentis illius subolem deo volente misere perdi. Hanc antiquam de calamitate in universam progeniem ingruente opinionem refert poeta non ad invidiam deorum, sed ad libidinem incontinentiamque hominum, quam Iovis optimi maximi numen compescat atque ita castiget, ut sua quisque immodica cupiditate occaecatus ibi bonas res quaerat ubi malas sit inventurus atque imprudens ipse sibi creet perniciem.

V. 580. *εὐδαίμονες — αἰών*] 'Felices, qui nihil unquam mali experti sunt.' Sequentium sensus est: 'nam quibus semel aliquid mali a dis immissum erit', etc. De sententia conferatur Eur. El. extr.: *χαίρετε· χαίρειν δ' ὅστις δύναται καὶ ξυντυχίᾳ μή τινι κάμνει θνητῶν, εὐδαίμονα πράσσει.* De locutione *κακῶν ἄγευστος* vide Platon. de Rep. p. 576 *ἐλευθερίας δὲ καὶ φιλίας ἀληθοῦς τυραννικὴ φύσις ἀεὶ ἄγευστος.*

V. 581 sq. *ἄτας οὐδὲν ἐλλείπει*] Neuius adscripsit Aristid. de societ. p. 502 *οὐδὲν αἰσχύνης ἐλλείπει.* Simul cum *ἐλλείπει* participium coniunctum est ut Demosth. 18 § 92 *οὐκ ἐλλείψει εὐχαριστῶν.*

V. 582. *γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος*] Proprie 'usque ad expletam gentem', i. e. usque ad extremam gentis subolem. Similiter Philoct. 722 *πλήθει πολλῶν μηνῶν*, expletis multis mensibus.

V. 583—588. *ὁμοῖον — ἀκταί*] Sensus hic est: 'similiter atque fluctus, cum vehementibus ventis Thraciis, qui mari incubuerunt, excitatum eum tenebrae marinae percurrerint, evolvit ex fundo nigras arenas et turbulentas, ut li-

Digitized by Google

Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς,
κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν
θῖνα καὶ δυσάνεμον,
στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι
πήματα φθιμένων ἐπὶ πήμασι πίπτοντ',
οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος, ἀλλ' ἐρείπει
θεῶν τις, οὐδ' ἔχει λύσιν.
νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ

tora fragoribus resonent'. Tertium comparationis hoc est: si qua gens malis divinitus immissis vexari coeperit, eius omnis posteritas exercetur calamitatibus, quemadmodum, cum mare procellis agitatum erit, imus eius fundus perturbatur. *Ἔρεβος ὕφαλον* subiectum esse verbi *ἐπιδράμῃ*, et ex notione verbi, quae explicatur Homericis *κακὴ ἐπιδέδρομεν ἀχλύς*, cognoscitur et ex loco Homerico, qui Sophocli obversatus esse videtur, *H* 63 *οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ ὀρνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς*. Verba *ὅμοιον ὥστε* eodem modo Eur. Or. 697 usurpata sunt. Nomen *δυσάνεμον* recte explicat scholiasta: *τὴν ὑπὸ ἀνέμων ταραχθεῖσαν*. Similiter supra 358 *δύσομβρα* dictum est. Cfr. Hesych. *δυσήνεμον· δυστάραχον. τὸ κακοὺς ἀνέμους ἔχον*. De *δὲ* particulae positu vide Elmsl. ad Eur. Bacch. 165.

V. 589 sq. *ἀρχαῖα — πίπτοντ'*] Verba parum plana et perspicua interpretantur hunc in modum: 'a principio Labdacidarum gentis mala mortuorum malis successisse video' i. e. quot ex Labdacidarum gente adhuc occiderunt, eos omnes video miseros fuisse, ita ut mala malis exciperentur. At corruptam esse memoriam librorum, ipsa ratio antistrophica satis prodit. Pro *οἴκων* iambus requiritur: conicio *κλύων* ('si res Labdacidarum antiquitus audio'). Pro *φθιμένων* spondeum desideras, ita ut quod ab Hermanno scriptum est *φθιτῶν* metrum non expleat. Dindorfius *πήματ' ἄλλ' ἄλλοις ἐπὶ πήμασι* coniecit, quod numeris sententiaeque satisfacit, memoriae librorum non item. Bergkio aliisque *πήματ' ἰφθίμων* in mentem venit.

V. 591. *οὐδ' — γένος*] Neque liberat miseriis familiam familia, i. e., ut recte Brunckius explicat, nec parentum aetas miserias exhaurit, ut iis progenies libera sit. Tum apte verbo *ἐρείπει* usus est, gentem Labdacidarum cum arbore comparans, quae a deo deiciatur.

V. 592. *οὐδ' — λύσιν*] Hermanno cum aliis subiectum *τὰ πήματα* videtur, mihi nomen *γενεά*, quod modo positum supplendumque etiam ad *ἐρείπει* est. Valet autem *λύσιν ἔχει* sc. *πημάτων* idem atque *λύεται πημάτων*.

V. 593—597. *νῦν γὰρ — Ἐρινύς*] 'Nunc enim extrema super radice quae dispersa fuit lux in Oedipi domo, eam rursus cruenta inferorum deorum demetit falx, orationisque amentia et animi furor.' Et ita fere scholiasta: *νῦν γὰρ ὅπερ ἐτέτατο φάος καὶ σωτηρία ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ Οἰδίποδος ἐσχάτης ὑπὲρ ῥίζης, ἀντὶ τοῦ ὅπερ ἔβλαστεν ἄνω τῆς ῥίζης, θάνατος καταλαμβάνει.* Comparat poeta gentem Labdacidarum cum arbore deiecta, cuius una relicta radix sit, ex qua nova arbor efflorescere possit. Radice illa significat Antigonam, ex qua laeta fuerit spes fore, ut cum Haemone, cui desponsata erat, nuptiis coniuncta novum genus renasce-

Digitized by Google

ῥίζας ὃ τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις,
κατ᾽ αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν
νερτέρων ἀμᾷ κοπίς,
λόγου τ᾽ ἄνοια καὶ φρενῶν Ἐρινύς.
(στροφὴ β΄).
τεάν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν ὑπερβασία κατάσχοι;
τὰν οὔθ᾽ ὕπνος αἱρεῖ ποθ᾽ ὁ παντογήρως,

retur. Etiam extremam illam radicem exstirpari iam a deo propter dementiam Antigonae ait.

V. 593 sq. *ἐσχάτας ὑπὲρ ῥίζας*] Perapte sic Sophocles ut poeta dixit. Minus venuste minusve significanter *ἐσχάτας ἐκ ῥίζας* dixisset. Recte Schol.: *ἄνω τῆς ῥίζης*.

V. 595 sq. *κατ᾽ αὖ — ἀμᾷ*] Quod linguae leges videntur postulare, ut *νιν* ad *φάος* referatur, tamen fieri nequit, cum *φάος* non possit *καταμᾶσθαι* dici. Itaque iungendum cum nomine *ῥίζας*: in qua re propterea nihil offensionis est, quod verba *ἐσχάτας — δόμοις* hoc sensu dicta sunt: 'quae una relicta radix salutem afferre in familia Oedipi, i. e. spem afferre novae propaginis videbatur'. Nomen *φάος* ut latinum 'lux' de salute dici notum. De locutione *ῥίζαν καταμᾶν* cfr. Ai. 1178 *γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος* et Valck. Diatr. p. 225, de tmesi *κατ᾽ ἀμᾷ* cfr. O. C. 1689 *κατά με φόνιος Ἀΐδας ἕλοι* et supra ad v. 425 sq.

V. 596. *κοπίς*] Gladius dis inferis *ποιητικῇ* tribuitur *ἀδείᾳ*, ut Iovi *μάκελλα* Aesch. Ag. 526. Arist. Av. 1240 et *χαλινός* Aesch. Prom. 672, Marti *μάστιξ* Aesch. Ag. 642, Veneri flagellum Horat. Od. III 26, 11. ERF. Adde Aesch. Ag. 1535 *Δίκη δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλάβης πρὸς ἄλλαις θηγάναις μάχαιραν*, Cho. 647 *Αἶσα φασγανουργός*.

V. 598 sqq. *τεάν, Ζεῦ, δύνασιν* etc.] Num Sophocles formam *τεός*, quam aliquot locis Aeschylus habet, usurpaverit, dubium est quia optativus *κατάσχοι* requirit particulam *ἄν*. Ex eis locis, quos collegit Krueg. II § 54, 3, 8, unus huic loco convenit, Aesch. Cho. 595 *ἀλλ᾽ ὑπέρτολμον ἀνδρὸς φρόνημα τίς λέγοι;* Scatet autem haec stropha vitiis, antistropha ferme libera est. Atque etiam rationi antistrophicae consulimus coniectura *σὰν ἄν, Ζεῦ κτἑ*. Nexus sententiarum quem supra indicavimus ostenditur verbo *ὑπερβασία* quod ad *λόγου τ᾽ ἄνοιαν καὶ φρενῶν Ἐρινύν* spectat.

V. 600 sqq. *τὰν — μῆνες*] Quae potentissima numina sunt, Somnus et Tempus, quibus nihil non succumbat, iis negat unquam Iovis vinci potentiam. De somno quod posuit, Homerum videtur secutus, qui Il. ξ 242 sqq. scripsit: *τὴν δ᾽ ἀπαμειβόμενος προσεφώνεεν ἥδυμος Ὕπνος· Ἥρη, πρέσβα θεά, θύγατερ μεγάλοιο Κρόνοιο, ἄλλον μέν κεν ἔγωγε θεῶν αἰειγενετάων ῥεῖα κατευνήσαιμι, καὶ ἂν ποταμοῖο ῥέεθρα Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται· Ζηνὸς δ᾽ οὐκ ἂν ἔγωγε Κρονίονος ἆσσον ἱκοίμην, οὐδὲ κατευνήσαιμ᾽, ὅτε μὴ αὐτός γε κελεύοι*. Idem summam potentiam Somni agnoscit Il. ω 5 *οὐδέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ*. Od. ι 373 *κὰδ δέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ*. Neque dubium videtur, quin id ipsum, quod *πανδαμάτωρ* valet, Sophocles addito adiectivo significare voluerit. Quo tamen sensu cum accipi *παντογήρως* non possit, hoc quidem a librariis profectum, a Sophocle autem eiusmodi quid scriptum esse censendum erit, quale coniecit Emperius *παντοδμάτωρ* vel Bambergerus *παντοθήρας* vel Schneidewinus *πάντ᾽*

Digitized by Google

οὔτ᾽ ἀκάματοι θεῶν
μῆνες· ἀγήρως δὲ χρόνῳ δυνά-
στας κατέχεις Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴ-
γλαν.
τό τ᾽ ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
νόμος ὅδ᾽, οὐδὲν ἕρπει
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.
(ἀντιστροφὴ β΄.)
ἁ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλπὶς πολλοῖς μὲν ὄνα-
σις ἀνδρῶν,

ἀγρεύτας vel G. Wolffius παντάγρευς. Sophoclem scripsisse πάντ᾽ ἀγρῶν idque propter illud quod sequitur ἀγήρως in παντογήρως corruptum esse, etiam corruptela proximi versus demonstratur. Ibi responsionis causa Hermannus οὔτε θεῶν ἄκματοι, Dindorfius οὔτ᾽ ἄκοποι θεῶν νιν, alii alia coniecerunt, nihil quod habeat speciem probabilitatis. Si scribimus τὰν οὔθ᾽ ὕπνος αἱρεῖ ποθ᾽ ὁ πάντ᾽ ἀγρῶν οὔτ᾽ | ἀκάματοι, tum recipit ἀκάματοι eum locum quem numeri requirunt. Restat θεῶν. De locutione θεῶν μῆνες conferunt Homer. Β 134 ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί. At ineptum, Iovis menses Iovem non conterere dici. Accedit quod ratio antistrophica defectum syllabae prodit. Itaque aut recipiendum est quod Donaldsonus invenit θέοντες aut θεῶν reliquias esse putandum alicuius verbi quod 'conterunt' vel simile quid significet (velut φθίνουσιν sensu transitivo ut El. 1414), ut non ex αἱρεῖ subaudiendum sit αἱροῦσι minus aptum de tempore quam de somno. De Temporis potentia cfr. O. C. 669 ὁ παγκρατὴς χρόνος. Ai. 646. 714. De τὰν pro ἂν posito cfr. Krueg. II § 15, 1, 8.

V. 601 sq. Schol.: οὔτ᾽ — μῆνες· ἀντὶ τοῦ· ἢ τοῦ χρόνου περίοδος. 'Indefessi' menses dicuntur propter continuum cursum. Similiter ἔτη dicta sunt πολύπλαγκτα Aiac. v. 1186.

V. 602. La ἀγήρῳι in ἀγήρως correctum; ἀγήρῳ habent alii libri atque legit scholiasta et Poll. II 14. Sententiae unum convenit ἀγήρως. Cfr. O. C. 607 μόνοις οὐ γίγνεται θεοῖσι γῆρας.

V. 603 sq. Ὀλύμπου — αἴγλαν] Imitatus est Homericum αἰγλήεντα Ὀλύμπου. Cfr. Il. α 532. ν 243. Od. υ 103.

V. 605—608. τό τ᾽ ἔπειτα — ἐκτὸς ἄτας] Locus corruptus. Ex antecedentibus et sequentibus verbis colligas hanc fere sententiam positam hic a poeta fuisse: 'semper valet lex, nihil immodicum et libidinosum absque calamitate mortalibus accidere'. Ἐπαρκέσει interpretantur eodem sensu quo διαρκέσει, 'sustinebit, valebit'. Koechlyus coniecit ἐπικρατεῖ. Pro πάμπολις Heathius invenit πάμπολύ γ᾽ sensui illud quidem accommodatum, sed propter „particulam Heathianam" addubitandum. Hermannus praeterea ἕρπειν scripsit.

V. 605. Schol.: τό τ᾽ ἔπειτα· τὸ ἐσόμενον καὶ μετ᾽ ἐκεῖνο μέλλον καὶ πάλιν ἐσόμενον. Τινὲς δὲ τὸ ἔπειτα ἰδίως ἐπὶ ἐνεστῶτος λελέχθαι φασὶν ἀντὶ τοῦ νῦν. Hermannus: „τὸ ἔπειτα, 'dehinc', aliquam continet praesentis temporis notationem, a quo proximum est cum eoque cohaeret." Conferunt Eur. Iph. T. 1265 τά τε πρῶτα τά τ᾽ ἔπειθ᾽ ὅσ᾽ ἔμελλε τυχεῖν, et Cic. de Fin. I 20 *sed etiam spe eriguntur consequentis ac posteri temporis.* Tum καὶ τὸ πρὶν valet 'ut olim'.

V. 610 sq. ἁ γὰρ δὴ etc.] Ex-

Digitized by Google

[illegible]

[illegible] Homericos locos, in quibus mente concocti a deo dicuntur qui aliquid mali susceperint, adscripsit hos Nemus: Il. ζ 234. ι 277. ρ 469. σ 311. τ 86 sqq. 137 coll. [Ruhnk. ad Vellei. II 57 p. 285. 286], Wyttenb. ad Plut. de aud. poetis p. 17 B. et Fr. Iacobs. Demosthen. Staatsreden ed. sec. p. 394 sq. not. 28.

Digitized by Google

νέατον γέννημ᾽· ἆρ᾽ ἀχνύμενος
τάλιδος ἥκει μόρον Ἀντιγόνης,
ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν;
ΚΡ. τάχ᾽ εἰσόμεσθα μάντεων ὑπέρτερον.
ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων
τῆς μελλονύμφου πατρὶ λυσσαίνων πάρει;
ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

ΑΙΜΩΝ.

πάτερ, σός εἰμι, καὶ σύ μοι γνώμας ἔχων

V. 218. De locutione *θεὸς ἄγει* cfr. O. C. 252 *οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτόν, ὅστις ἄν, εἰ θεὸς ἄγοι, ἐκφυγεῖν δύναιτο*, 997 *τοιαῦτα μέντοι καὐτὸς εἰσέβην κακά, θεῶν ἀγόντων*, Herod. VII 8.

V. 619. Schol.: *ὀλιγοστόν· ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγον*. Bergkius scripsit *ὀλίγιστον*. Locutio *πράσσει ἐκτὸς ἄτας* similis illis est *εὖ, κακῶς πράττειν*. Cfr. Monk. ad Eur. Alc. 615.

V. 622. Ante *τάλιδος* addunt libri *τῆς μελλογάμου νύμφης*. *Νύμφης* omissum apud Poll. III 45 deleverunt editores. Triclinium totum hoc *τῆς μελλογάμου νύμφης* recte abiecisse comprobavit Dindorfius. Videntur verba *τῆς μελλογάμου νύμφης* interpretationis causa adscripta non ad *τάλιδος*, sed ad *τῆς μελλονύμφου* v. 627 initio pertinuisse.

V. 623. Schol.: *τάλιδος· τᾶλις λέγεται παρ᾽ Αἰολεῦσιν ἡ ὀνομασθεῖσά τινι νύμφη*. Callimachus (Fr. CCX)· *αὐτίκα τὴν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ*. Photius p. 567, 17 *τάλιδος· τῆς μελλογάμου. οὕτως Σοφοκλῆς*. Hesychius: *τᾶλις· ἡ μελλόγαμος παρθένος καὶ κατωνομασμένη τινί· οἱ δὲ γυναῖκα γαμετήν. οἱ δὲ νύμφην*. De accusativo *μόρον* ex *ἀχνύμενος* apto cfr. Matth. § 414, 12. Krueg. I § 46, 10 et § 48, 8, 1.

V. 624. *ἀπάτας — ὑπεραλγῶν*] Recte scholiasta: *ὑπὲρ τῆς τῶν λεχέων ἀποτυχίας ἀχθόμενος*. Ita Eur. Hipp. 260 *ὡς κἀγὼ τῆσδ᾽ ὑπεραλγῶ*. Alc. 883 *μία γὰρ ψυχή, τῆς ὑπεραλγεῖν ἄχθος μέτριον*. Alibi enim *ὑπεραλγεῖν* est 'nimis dolere', ut Eur. Med. 118. Heracl. 620, quod *ὑπεράχθεσθαι* dicit Sophocles El. 177, ibidem *ὑπεραλγῆ χόλον* eo significatu addens. HERM. Adde huius fab. 82 *ὑπερδέδοικά σου*. Ai. 1310 *τοῦδ᾽ ὑπερπονουμένῳ*. 1346 *τοῦδ᾽ ὑπερμαχεῖς*. O. R. 264 sq. *τοὐμοῦ πατρὸς ὑπερμαχοῦμαι*.

V. 625. Schol.: *τάχ᾽ εἰσόμεσθα· ὁ λόγος παροιμιακῶς, ὁπότε μὴ στοχασμῷ χρώμεθα, ἀλλ᾽ αὐτόπται τῶν πραγμάτων γινόμεθα· προγιγνώσκει μὲν γὰρ καὶ ὁ μάντις, ἀλλὰ στοχασμῷ χρῆται. τάχα οὖν ἀκριβῶς γνώσομαι ταῦτα παρὰ τοῦ παιδὸς πυνθανόμενος*. Neuius confert Rhes. 952 *ἤδη τάδ᾽· οὐδὲν μάντεως ἔδει φράσαι*. Blomf. gloss. Aesch. Pers. 229.

V. 626. Schol.: *τελείαν ψῆφον· τελείαν, τὴν ἤδη τετελεσμένην· τοῦτο δέ φησιν ὡς μὴ μεταβουλευσόμενος*. Wexius adscripsit Aesch. Suppl. 739 *ἐπεὶ τελεία ψῆφος Ἀργείων, τέκνα, θάρσει, μαχοῦνται περὶ σέθεν*. Genetivus aptus est ex substantivo *ψῆφον*. Vide ad v. 11. — De *ἆρα μὴ* particulis vide Krueg. I § 69, 9.

V. 628. *ἢ σοὶ μὲν — φίλοι*] De omisso *ἐσμὲν* cfr. Krueg. I § 62, 1, 5. *Πανταχῇ δρῶντες* i. q. *ὡς ἂν δρῶμεν πανταχῇ*. Cfr. Ai. 1369 *ὡς ἂν ποιήσῃς πανταχῇ χρηστός γ᾽ ἔσει*.

V. 629 sq. *καὶ σύ μοι* etc.] Recte Brunckius: 'tuque rectis praeditus consiliis me regis, quibus equidem obsequar'. Quibus verbis hoc dicit Haemon: 'ac rectis consiliis tuis, si quibus me regis, equidem obsequar'. Non

Digitized by Google

χρηστὰς ἀπορθοῖς, αἷς ἔγωγ᾽ ἐφέψομαι.
ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξιώσεται γάμος
μείζων φέρεσθαι σοῦ καλῶς ἡγουμένου.
ΚΡ. οὕτω γάρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν,
γνώμης πατρῴας πάντ᾽ ὄπισθεν ἑστάναι.
τούτου γὰρ εἵνεκ᾽ ἄνδρες εὔχονται γονὰς
κατηκόους φύσαντες ἐν δόμοις ἔχειν,
ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς,
καὶ τὸν φίλον τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί.
ὅστις δ᾽ ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα,
τί τόνδ᾽ ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους
φῦσαι, πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων;
μή νύν ποτ᾽, ὦ παῖ, τὰς φρένας γ᾽ ὑφ᾽ ἡδονῆς

enim omnibus omnino in rebus consiliisve patri se oboediturum dicit.

V. 631 sq. Schol.: οὐδείς μοι προκριθήσεται γάμος τῆς σῆς ἀρχῆς, καλῶς σοῦ ἄρχοντος, πανταχοῦ δὲ μετὰ παρατηρήσεως. Hoc dicit: 'mihi enim nullum conubium pluris erit quod consequar quam si tu recte (me) gubernes'. Id est: a te recte gubernari mihi pluris est quam quodvis conubium. De genetivo participii e comparativo apto vide 701 sq., de locutione καλῶς ἡγεῖσθαι Eur. Iph. A. 928 sq. καὶ τοῖς Ἀτρείδαις, ἢν μὲν ἡγῶνται καλῶς, πεισόμεθ᾽, ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πείσομαι. — De infinitivo φέρεσθαι vide ad v. 437. De ἀξιώσεται, quod Musgravius restituit pro ἀξίως ἔσται, cfr. ad v. 93.

V. 633. οὕτω γάρ] De γὰρ particula vide ad Philoct. 756. Hic collaudat Creon filium et huius laudis causam addit quasi dicat: Καλῶς· οὕτω γὰρ κτέ. Schol.: διὰ στέρνων ἔχειν· ἀντὶ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι. Cfr. Matth. § 580, 5.

V. 634. Schol.: γνώμης — ὄπισθεν· οἷον τῆς πατρῴας γνώμης πάντα εἶναι δεύτερα· οἷον χρὴ τὴν πατρῴαν πράττοντα γνώμην περὶ τῶν ἄλλων οὐδένα λόγον ἔχειν· ἀσφαλῶς δὲ προσέθηκε τὸ πάντα, μὴ ἄρα ἐκ τοῦ παιδὸς ὑπαντηθῇ, ὅτι πλὴν τῶν χρησίμων.

V. 637. τὸν ἐχθρὸν ἀνταμ. κακοῖς] De locutione conferunt Thucyd. I 42 ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι. Soph. O. C. 873 φρονοῦσ᾽, ὅτι ἔργοις πεπονθὼς ῥήμασίν σ᾽ ἀνύμοναι. De sententia cfr. Hom. *I* 495 ἀλλὰ σὲ παῖδα, θεοῖς ἐπιείκελ᾽ Ἀχιλλεῦ, ποιεύμην ἵνα μοί ποτ᾽ ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς.

V. 638. ἐξ ἴσου πατρί] i. e. 'aeque ac pater', non 'aeque ac patrem' ut 516. Cfr. O. R. 1019 καὶ πῶς ὁ φύσας ἐξ ἴσου τῷ μηδενί; (i. e. ἐξέφυσέ σε ἐξ ἴσου τῷ μὴ φύσαντί σε). Dicit Creon, filium amicitias et inimicitias cum patre communicare debere.

V. 640. Schol.: πόνους· γρ. πέδας, ἵν᾽ ᾖ ἐμπόδιον, δεσμούς, κώλυμα τοῦ πράττειν ἃ βούλεται. Hanc lectionem πέδας apparet a sciolo inventam esse ut infra v. 699 l. στήλης. Cfr. O. C. 460 τῇδε τῇ πόλει μέγαν σωτῆρ᾽ ἀρεῖσθε, τοῖς δ᾽ ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους. De sententia compara Hom. *Γ* 51 γυναῖκα . . δυσμενέσιν μὲν χάρμα, κατηφείην δὲ σοὶ αὐτῷ, Hes. O. D. 699 μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς, Aesch. Pers. 1034 λυπρά, χάρματα δ᾽ ἐχθροῖς.

V. 642. ὑφ᾽ ἡδονῆς] 'Prae voluptate' sive 'propter voluptatem'. Vide ad v. 221 sq. De locutione τὰς φρένας ἐκβάλλειν, 'mentem abicere', sive 'mentem sibi excuti

Digitized by Google

γυναικὸς εἵνεκ' ἐκβάλῃς, εἰδὼς ὅτι
ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίγνεται,
γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. τί γὰρ
γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός;
ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ μέθες
τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύειν τινί.
ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἷλον ἐμφανῶς ἐγὼ
πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην,
ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει,
ἀλλὰ κτενῶ. πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία
ξύναιμον· εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει
ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους.
ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
χρηστός, φανεῖται κἀν πόλει δίκαιος ὤν.
ὅστις δ' ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται,

pati', vide ad O. C. 631, ubi similia adlata sunt. Particula γ', quam Triclinius intulit, cum plane inutilis sit, Hermannus τὰς φρένας πρὸς ἡδονῆς, Meinekius τὰς φρένας σύ γ' ἡδονῇ coniecit. Dindorfius nunc scribit ὦ παῖ, φρένας ὑφ' ἡδονῆς δαμείς, olim σὰς ὑφ' ἡδονῆς φρένας, alii alia, omnia incerta. Ipse prius tentabam τῶν φρενῶν .. ἐκπέσῃς, nunc mihi exordio orationis maxime commendari videntur haec: τάσδ' ὑφ' ἡδονῆς φρένας (i. e. 'istam quam collaudo mentem').

V. 644. Schol.: παραγκάλισμα· φίλημα, στέργηθρον, κοινώνημα, παρακοίμημα, περιπλοκή. De τοῦτο vide Krueg. I § 57, 10, 3.

V. 646. ἕλκος] 'Dolor', ut Aesch. Ag. 640 πόλει μὲν ἕλκος ἓν τὸ δήμιον τυχεῖν. Hesychius: ἕλκη, λῦπαι. ERF.

V. 647. Schol.: πτύσας· καταπτύσας, ἐν οὐδενὶ λόγῳ θέμενος, καταφρονήσας. De ὡσεί τε, verbo non adiuncto, confert Neuius Hom. Il. λ 474. π 192. τ 366. ψ 598. Od. ξ 254. ρ 111. Pindar. Pyth. I 44. IV 112.

V. 648. νυμφεύειν τινί] Νυμφεύειν τινὶ quanquam vulgo significat 'uxorem dare alicui', tamen cum alibi tum hic et infra 816 Ἀχέροντι νυμφεύσω valet 'uxorem dari alicui', sive 'nubere alieui'.

V. 650. ἀπιστήσασαν] Vide ad v. 219.

V. 651. ψευδῆ γ' ἐμ. etc.] Similiter Xen. An. VII 7, 24 τὸ δὲ μέγιστον (sc. ἐδόκει μοι εἶναι σοι) μηδαμῶς ἄπιστον σαυτὸν καταστῆσαι ὅ τι λέγοις.

V. 652. πρὸς ταῦτ' etc.] Verba πρὸς ταῦτ' — ξύναιμον hoc sensu dicta: 'nihil curans, quod cognata mihi est'.

V. 652 sq. Δία ξύναιμον] Idem dicitur ὁμόγνιος. Vide ad O. C. 1333 θεῶν ὁμογνίων.

V. 653 sq. εἰ γὰρ — γένους] Scholiasta: ἀπὸ κοινοῦ τὸ θρέψω. — θρέψω· ἀντὶ τοῦ ἕξω. — ἐγγενῆ· συγγενῆ. De significatu nominis ἄκοσμα vide ad 724, de verbi τρέφειν usu ad 884.

V. 653—656. εἰ γὰρ — δίκαιος ὤν] His verbis Creon explicat, cur Antigonae, quamvis cognatae sibi, non debeat parcere, hanc adferens causam, quod, si suorum delicta inulta relinquat, multo minus sibi in alienos animadvertere liceat, cum is denique, qui severus etiam in suos sit, laudem iustitiae a civibus consequatur.

V. 657 sqq. ὅστις δ' etc.] Inde ab hoc loco incipit ostendere Creon, cur eiusmodi delictum, quod com-

ἢ τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατύνουσιν νοεῖ,
οὐκ ἔστ' ἐπαίνου τοῦτον ἐξ ἐμοῦ τυχεῖν.
ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν
καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.
καὶ τοῦτον ἂν τὸν ἄνδρα θαρσοίην ἐγὼ
καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν,
δορός τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον
μένειν δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην.
ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν.
αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν, ἥδε συμμάχου δορὸς

misisse Antigonam constabat, inultum relinqui non debeat. Dicit enim hoc: 'non decet autem quemquam aut leges violare aut imperare regnantibus velle (i. e. convenit autem severum me esse in eos, qui aut leges violare aut imperare regnantibus velint), sed quem civitas regem fecerit, eius imperium aequum et iniquum ferendum est. Atque ita qui iussis aliorum obtemperare didicerit, domi militiaeque et civis bonus et magistratus erit'.

V. 657. Schol.: ὑπερβάς· λείπει τὸ δίκαιον. Nihil omissum, sed ὑπερβαίνειν hic, ut saepe apud Homerum, valet 'insolentem esse'. Sic supra 605 ὑπερβασία est 'insolentia'.

V. 658. κρατύνουσιν νοεῖ ex Dindorfii coniectura scripsi, postulante quodammodo codice La, qui a prima manu habet κρατ....οῦσιν νοεῖ. Vulgo κρατοῦσιν ἐννοεῖ. De articulo infinitivo praeposito vide Krueg. II § 50, 6, 6.

V. 660. Schol.: στήσειε· καταστήσειεν ἄρχοντα. De optativo vide Krueg. I § 54, 14, 4. Tum post κλύειν vulgo comma positum, quod delevi, cum accusativus σμικρὰ etc. ex ipso verbo κλύειν aptus sit. Vide ad 64.

V. 661. Schol.: τὰ ἐναντία· τῷ δικαίῳ δηλονότι. Recte Brunckius: τἀναντία notat καὶ μεγάλα καὶ ἄδικα. Idem confert Senec. Med. 195 *aequum atque iniquum regis imperium feras*. Schol. ad Aesch. Eum. 78 adfert sententiam: δοῦλε, δεσποτῶν ἄκουε καὶ δίκαια κἄδικα.

V. 662. Schol.: τοῦτον· τὸν τῷ βασιλεῖ πειθόμενον.

V. 662 sq. θαρσοίην ἂν — ἄρχειν] De structura verbi θαρσεῖν cfr. Phil. 597 οὗτος γὰρ πλέον τὸ θάρσος εἶχε θατέρου δράσειν τάδε. Pro futuro ἄρξειν — θελήσειν hic positum est ἄρχειν (ἂν) — θέλειν ἄν.

V. 664. Schol.: δορός· ἀντὶ τοῦ τῆς μάχης.

V. 667. αὕτη πόλεις τ'] Exorsus est orationem, ut si deinde dicturus esset: καὶ ἀναστάτους οἴκους τίθησι, quod mutans pro καὶ posuit ἥδε. Eadem figura supra v. 296 τοῦτο καὶ πόλεις πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων, pro καὶ ἄνδρας. HERM.

V. 668 sq. ἥδε — καταρρήγνυσι] Ut ἕλκος ῥῆξαι valet 'vulnus rumpendo facere', ita τροπὰς καταρρῆξαι significat 'fugam rumpendo (sc. ordines) efficere'. Eodem modo 'rumpi' a poetis Latinis usurpatur, veluti a Verg. Aen. VIII 391 *tonitru cum rupta corusco ignea rima micans percurrit lumine nimbos*, ubi *rima rupta* est rima rumpendo facta. Cfr. etiam Liv. II 50 *rupere viam*. Hoc ergo poeta dicit: 'exercitum, si qui edicto ducis non oboediat, in fugam conici'. Συμμάχου pro συμ μάχῃ — sic enim in La exstat — scripsit Reiskius.

Digitized by Google

τροπὰς καταρρήγνυσι· τῶν δ' ὀρθουμένων
σῴζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.
οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις,
κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.
κρεῖσσον γάρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν·
κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν.
ΧΟ. ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα,
λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.
ΑΙ. πάτερ, θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας

V. 669 sq. *τῶν δ' — πειθαρχία*] 'Eorum autem, qui erecti stant nec in fugam proripiuntur, plurimi servantur; atque hoc ut fiat, ut stent ac serventur, facit oboedientia duci praestita.' Itaque verbis **ἥδε — πειθαρχία** hoc dicit: 'immodestia militum facit, ut terga dent in pugna et pereant; modestia, ut stent ac serventur'. Priore in membro omisit poeta addere quod cum per se notum tum ex posteriore apparebat, cum exitio coniunctam fugam esse. Apte scholiasta adscripsit Hom. Il. ε 531 **αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται**, Erfurdtius Aesch. Spt. c. 224 **πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας μήτηρ**. Adde Xenoph. Cyr. III 3, 45 **μωρὸς δὲ καὶ εἴ τις ζῆν βουλόμενος φεύγειν ἐπιχειροίη, εἰδὼς ὅτι οἱ μὲν νικῶντες σῴζονται, οἱ δὲ φεύγοντες ἀποθνήσκουσι μᾶλλον τῶν μενόντων.**

V. 671. **οὕτως** etc.] **Οὕτως** valet 'quae cum ita sint', ut 465 **οὕτως ἔμοιγε** etc. Tum scholiasta **τοὺς κοσμουμένους** interpretatur **τοῖς ἄρχουσι**, coll. Hom. α 16 **κοσμήτορε λαῶν.** At non potuit **κοσμεῖσθαι** activo sensu a Sophocle usurpari. Rectius Erfurdtius cum Musgravio aliisque **τοῖς κοσμ.** genus neutrum esse putarunt, explicantes: 'iis, quae decreta et edicta sunt'. Accuratius interpretaberis 'eis quae disciplinae gratia constituuntur'. Itaque satis bene Brunckius ita haec vertit: 'sic operam dare oportet, ut servetur ordo et disciplina'. De *ἀμύνειν* verbisque eiusdem notionis ita usurpatis conferunt Eur. Orest. 523 *ἀμυνῶ τῷ νόμῳ*. Thucyd. I 150 **δικαίῳ τοῖς κοινῇ δόξασι βοηθεῖν**, et alia exempla. — De numero plurali *ἀμυντέα* et versu sq. *ἡσσητέα* vide Krueg. I § 44, 4, 2.

V. 672. *κοὔτοι — ἡσσητέα*] Adscripsit Erfurdtius Aristoph. Lys. 450 **οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἔσθ' ἡττητέα ἡμῖν.** De structura cfr. Krueg. I § 56, 18, 4.

V. 675. Schol.: *εἰ μὴ* **τῆς φρονήσεως ὑπὸ τοῦ γήρως σεσυλήμεθα, λέγειν φρονούντως δοκεῖς περὶ ὧν λέγεις. Ὁ δὲ λόγος πάνυ πρεσβυτικῶς καὶ αἰδημόνως εἴρηται.** Proprie *εἰ μὴ — κεκλέμμεθα* valet: 'nisi aetate, in qua sumus, i. e. senectute, decepti sumus'. Schaeferus confert 1218 **ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.** De notione **τοῦ χρόνου** vide 729 huius fab. et ad Philoct. 306.

V. 677—686. **πάτερ — τάδε**] Tanta cum moderatione Haemon ad oppugnandam patris sententiam aggredi tantaque cum verecundia animi sensa expromere incipit, ut hoc orationis eius initium lectori non attentissimo aliquanto obscurius videri possit. Equidem sensum nexumque hunc puto esse: 'Mens, ut deorum donum idque summum, commune est bonum, non praecipuum commodum regum (cfr. v. 707 sqq.). Itaque licet neque sim ita intellegens neque esse cupiam, ut ea quae tu dicis non recte se habere ostendere possim, tamen fortasse etiam alius hominis sententia recte se habeat. Atque meum est tui commodi causa speculari, quidquid alii de te dicant aut faciant aut in te reprehendant, cum coram te quae sentiant libere di-

Digitized by Google

πάντων ὅσ' ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον.
ἐγὼ δ' ὅπως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε,
οὔτ' ἂν δυναίμην μήτ' ἐπισταίμην λέγειν·
λέγοιτο μεντἂν χἀτέρῳ καλῶς ἔχον.
σοῦ δ' οὖν πέφυκα πάντα προσκοπεῖν, ὅσα
λέγει τις ἢ πράσσει τις ἢ ψέγειν ἔχει.
τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ
λόγοις τοιούτοις οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων·
ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε,
τὴν παῖδα ταύτην οἷ' ὀδύρεται πόλις,
πασῶν γυναικῶν ὡς ἀναξιωτάτη
κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει,
ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον ἐν φοναῖς

cere non audeant. Hinc mihi quidem licet audire quantopere civitas Antigonam deploret'.

V. 677 sq. *πάτερ — ὑπέρτατον*] Cfr. 1050 sq. et 1348 et Aesch. Ag. 927 *καὶ τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν θεοῦ μέγιστον δῶρον* et Platon. de Legg. L. I. p. 631 C *ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις.*

V. 679. *ὅπως — λέγεις*] Vide de hoc *ὅπως* particulae usu Krueg. I § 69, 46, 1.

V. 680. *οὔτ' ἂν δυν. μήτ' ἐπ.*] De *οὔτ' ἂν* et *μήτε* coniunctis vide v. 500.

V. 681. *λέγοιτο* scripsi. Libri *γένοιτο*. Tum Hermannus pro *χἀτέρῳ* scripsit *χἀτέρως*. Pronomen *ἕτερος* non *ἐγώ*, sed *σὺ* pronomini oppositum est. Quanquam enim in verbis *ἐγὼ δ' ὅπως — λέγειν* duo sunt, quibus aliquid opponi debuisse videatur, alterum hoc: 'ego non possum iudicare, verane sint quae iudicas de Antigona', alterum hoc: 'tuane vera sit sententia, quam habes de Antigona, non possum ego iudicare', tamen facile apparet inutile fuisse, ad prius aliquid praeterea respondere, cum sic responsum sit ad posterius: 'dicatur tamen etiam ab alio quod bene se habeat', i. e. tamen fortasse etiam alius sententia, tuae contraria, bene se habeat. De omisso *τὶ* vide Matth. § 487, 7.

V. 682. *σοῦ δ' οὖν — προσκοπεῖν*] De locutione *σοῦ προσκοπεῖν*, i. e. *σκοπεῖν πρὸ σοῦ*, vide ad v. 630, de *προσκοπεῖν σοῦ πάντα* ad Philoctet. 15.

V. 684 sq. *τὸ γὰρ σὸν — τοιούτοις*] Id est: *σὲ γὰρ φοβεῖται ἀνὴρ δημότης λόγοις τοιούτοις*. Dativi *λόγοις τοιούτοις* eadem ratio esse videtur quae dativi *ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς* supra v. 391. Cogitatio enim verborum quae regem moleste laturum sentiunt hominibus de plebe metum inicit, ita ut ea verba omittant. Itaque non opus est cum Dindorfio ante hunc versum lacunam statuere, quam Herwerdenus supplet his: *κοὐδείς ποτ' ἀστῶν ἐμφανῶς χρῆται, πάτερ, λόγοις τοιούτοις κτέ.* Particula *μὴ* poni debebat et quia verba *οἷς .. κλύων* ut infra v. 697 ex cogitatione aliorum sumpta sunt et ob eam rationem quam explicat Krueg. I § 67, 4, 3. Cfr. Isocr. 15 § 12 *δεῖ διελθεῖν τοσοῦτον μέρος ὅσον μὴ λυπήσει τοὺς παρόντας.*

V. 686. *ὑπὸ σκότου*] Scholiasta: *ἐμοὶ δὲ πάρεστιν ἀκούειν τῶν λάθρα κατὰ σοῦ λεγομένων.* Ceterum recte Hermannus: quoniam quae clam dicuntur etiam audiuntur clam, ad audiendum transtulit poeta quod de dicentibus dici debebat.

V. 690. Schol.: *διὰ τούτων ὑπεραπολογεῖται τῆς κόρης, ὑπερευπρεπῶς τῇ πόλει περιθεὶς*

πεπτῶτ' ἄθαπτον μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν
εἴασ' ὀλέσθαι μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος·
οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς λαχεῖν;
τοιάδ' ἐρεμνὴ σῖγ' ἐπέρχεται φάτις.
ἐμοὶ δὲ σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς, πάτερ,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον.
τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις
ἄγαλμα μεῖζον ἢ τί πρὸς παίδων πατρί;
μή νυν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει,
ὡς φὴς σύ, κοὐδὲν ἄλλο, τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν.
ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.
ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν
πόλλ' αἰσχρὸν οὐδὲν καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.

τὸν λόγον. De ἐν φοναῖς πεπτῶτα cfr. Aesch. Ag. 447 ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντα et ad Phil. 60.

V. 691. ὠμηστῶν κυνῶν] In La κυνῶν adscriptum γρ. λύκων. Supra 257 canes cum feris consociantur, et 206 cum avibus, ut apud Aesch. Spt. c. T. 1014. 1020, ubi 1035 Antigona: τούτου δὲ σάρκας οὐδὲ κοιλογάστορες λύκοι σπάσονται. Canes ὠμησταὶ ab Homero Il. χ 67 dicti. HERM.

V. 693. Schol.: τιμῆς· γρ. στήλης. Genetivus aptus est ex verbo λαχεῖν. Vide quae ad Philoct. 62 sq. adnotavi.

V. 694. Schol.: ἐρεμνή· σκοτεινή, λαθραία σου. Ad verbum ἐπέρχεται supple μοί.

V. 695. σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς] De genetivo participii cfr. 697 et 632.

V. 697 sq. εὐκλείας — ἄγαλμα] Dictum hoc est ut εὐκλείας στέφανος Ai. 465. Eur. Suppl. 315 πόλει παρόν σοι στέφανον εὐκλείας λαβεῖν. Antiop. fr. 219. ERF.

V. 698. Schol. min.: ἢ τί πρὸς παίδων πατρί· ἤγουν οὐδὲ ὁ πατὴρ μείζονα ἄλλην χάριν παρὰ τῶν παίδων δέχεται, ἢ εὐτυχοῦντας τούτους ὁρῶν.

V. 699. μή νυν] Noli igitur etc. Sic supra 648 μή νύν ποτ' etc. Vide, quos Wexius conferri iubet, Blomf. ad Aesch. Spt. 228 et Monk. ad Eur. Alc. 1096. Adde Soph. Ai. 1129 μή νυν ἀτίμα etc. O. R. 644. 707.

V. 700. ὡς φὴς σὺ — ἔχειν] Recte Brunckius: 'ut, quod tu dicis, aliud praeterea nihil, rectum esse putes'. De ὡς particulae usu vide Matth. § 485.

V. 701 sqq. ὅστις — κενοί] De sententia confer Theogn. 221 ὅστις τοι δοκέει τὸν πλησίον ἴδμεναι οὐδέν, ἀλλ' αὐτὸς μοῦνος ποικίλα δήνε' ἔχειν, κεῖνος γ' ἄφρων ἐστί, νόον βεβλαμμένος ἐσθλοῦ· ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα.

V. 703. Schol.: διαπτυχθέντες] ἀνακαλυφθέντες· μετέβη δὲ ἀπὸ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ τοῦ 'ὅστις γὰρ' εἰς πληθυντικὸν τὸ 'οὗτοι'. Cfr. Krueg. I § 58, 4, 5. Huic usui numeri pluralis convenit aoristus ὤφθησαν, qui facta temporis praeteriti comprehendit.

V. 704 sq. ἄνδρα — οὐδέν] Ordo est: οὐδὲν αἰσχρόν ἐστι τὸ ἄνδρα μανθάνειν πολλὰ etc. — Tum de εἰ cum coni. iuncto vide Krueg. I § 54, 12, 3 et de articulo infinitivo praeposito eundem II § 50, 6, 6.

V. 705. Schol.: καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν· μὴ αὐθάδη εἶναι

Digitized by Google

ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
δένδρων ὑπείκει κλῶνας ὡς ἐκσῴζεται·
τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.
αὕτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆ πόδα
τείνας ὑπείκει μηδέν, ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.
ἀλλ' εἶκε θυμῷ καὶ μετάστασιν δίδου.
γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ

ἀντιτείνοντα τοῖς συμβουλεύουσιν. Videtur potius significare 'nimia pertinacia ac severitate esse, ea severitate qua summum ius fiat summa iniuria'.

V. 706. ὁρᾷς] De asyndeto in hoc dicendi genere legitimo cfr. Eur. fr. 1039 ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος, Aristoph. Equ. 92 ὁρᾷς, ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι τότε πλουτοῦσι κτέ., Herod. VII 10.

V. 708. Schol.: αὐτόπρεμνα· αὐτόρριζα.

V. 709 sq. ναὸς — μηδέν] Ordo est: ὅστις πόδα ναὸς ἐγκρατῆ τείνει, μηδὲν ὑπείκων. Verba ἐγκρατῆ τείνειν πόδα ναὸς per prolepsin quandam dicta, de qua ad v. 25 monitum, sic ut ἐγκρατῆ sit ὥστε ἐγκρατῆ εἶναι, et ἐγκρατῆ τείνειν nobis reddi possit 'straff spannen' coll. v. 474 huius fabulae. Similia sunt μείζον' ἐκτενῶ λόγον Trach. 679, πλεῦνα ἐκτεῖναι λόγον Herod. VII 51 et Latinum 'longum prorogat aevum' Hor. Ep. ad Pis. 346. — De nomine πούς recte Seidlerus ad Iph. T. 1104: 'Navis πόδες erant duo funes, qui ab utraque inferiore veli parte, sive ab angulis veli, exeuntes in navi puppim versus alligabantur. Schol. ad Eur. Or. 704 λέγεται δὲ οὕτω (πούς) σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου. Clarius Schol. Aristoph. ad Eq. 436 πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται τοὺς παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη κάλως ἐκδεδεμένους τῆς ὀθόνης.' Conferendus autem cum hoc Antigonae loco Eur. Or. 705 sq. καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα.

V. 710 sq. ὑπτίοις — ναυτίλλεται] Recte suspicatur Emperius κάτω στρέφειν simili ellipsi a Graecis intellecto nomine τὴν ναῦν dictum videri atque nostrum verbum 'umwerfen'. Sensum totius loci quod attinet, recte monuit Boeckhius supinis transtris cursum continuaturum dici qui eversa navi undis submersum iri significetur. Simillima ratio est v. 310 sq. et Ai. 100 θανόντες ἤδη τἄμ' ἀφαιρείσθων ὅπλα.

V. 712. Locus aperte corruptus est. Nam εἴκειν θυμῷ non potest quidquam aliud significare quam 'indulgere animo'. Cfr. Hom. I 109 σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ εἴξας ἄνδρα φέριστον .. ἠτίμησας. Aliquot libri exhibent θυμοῦ, quod nisi manum correctoris manifestaret, probari posset. Interpretantur: 'sed cede voluntate eiusque mutationem praebe', ut dicitur εἴκειν χάρμης, πολέμου. Emendando succurrit loco Dindorfius coniciens ἀλλ' εἶκε καὶ θυμῷ μ. δίδου, Kayserus ἀλλ' εἶκέ θ' ἡμῖν, Martinus ἀλλ' εἶκε μύθῳ. Facillime videtur Hermannus et post Hermannum M. Seyffertus locum sanasse, cum scripserunt: ἀλλ' εἶκε, θυμῷ καὶ μετάστασιν διδούς i. e. 'sed cede, irato animo etiam conversionem concedens'.

V. 713. καὶ ἀπ' ἐμοῦ dicit Haemon, quia hucusque nihil nisi aliorum sententias enuntiavisse vult. Itaque ad πρόσεστι subaudiendum μοί.

V. 714 sq. Schol.: πρεσβεύειν· ὑπερέχειν. De sententia adscri-

Digitized by Google

φῦναι τὸν ἄνδρα παντεπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.
ΧΟ. ἄναξ, σέ τ' εἰκός, εἴ τι καίριον λέγει,
μαθεῖν, σέ τ' αὖ τοῦδ'· εὖ γὰρ εἴρηται διπλῇ.
ΚΡ. οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;
ΑΙ. μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον· εἰ δ' ἐγὼ νέος,
οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν.

pserunt Hesiod. Op. et D. 291 οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ, φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω· ἐσθλὸς δ' αὖ καὶ κεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται. ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ. Addo Herodot. VII 16, 1 ἴσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, παρ' ἐμοὶ κέκριται, φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. Cic. orat. Cluent. c. 31 *sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* Liv. XXII 29 *saepe ego audivi, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit; secundum eum, qui bene monenti oboediat; qui nec ipsi consulere nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse.*

V. 715. Ipse scripsi παντεπιστήμης. Codices et editiones omnes πάντ' ἐπιστήμης. Quae scriptura abhorret a Graecorum usu loquendi. Idem substantivum restituendum Trach. 338 scribendumque τούτων ἔχω γὰρ παντεπιστήμην ἐγώ. Similes compositiones lexica suppeditant.

V. 716. εἰ δ' οὖν] scil. ἄλλῃ γίγνεται, quae non subaudiuntur, sed ipsis verbis εἰ δ' οὖν sentiuntur. Cfr. Matth. § 617 a. b.

Ibid. φιλεῖ — ῥέπειν] Confert Musgravius Rhes. 106 οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν πέφυκεν.

V. 717. καὶ — μανθάνειν] Ordo est: καὶ καλὸν τὸ μανθάνειν τῶν εὖ λεγόντων. De εὖ postposito vide 166. 410. 904. Ai. 1252, de sententia 1031 sq. τὸ μανθάνειν δ' ἥδιστον εὖ λέγοντος. De constructione μανθάνειν τινός vide Krueg. II § 47, 10, 10.

V. 720—753. In hoc colloquio, quod mira arte compositum a poeta est, facile intelleges Haemonem primum satis tranquillo, Creontem affecto animo loqui, illum leni et modesta, hunc aspera et feroci oratione uti, illum argumentis, hunc conviciis potius contra adversarium pugnare. Ceterum adverte Creontem ira occupatum hic aetatem Haemonis ut supra sexum Antigonae praetextum habere ne accuratius causas eius cognoscat.

V. 720. καὶ διδαξόμεσθα] Respondet καὶ particulae in interrogatione ita positae nostrum 'gar'. Sic v. 770 ἄμφω γὰρ αὐτὼ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς; El. 385 ἦ ταῦτα δή με καὶ βεβούλευνται ποιεῖν; De futuro medii notione passiva posito vide ad v. 93.

V. 722. Schol.: μηδὲν διδάσκου, ὃ μὴ δίκαιόν ἐστί σοι μανθάνειν. Vide ad v. 358 sq. Tum de notione voc. χρόνος monitum ad v. 675.

V. 723 sq. τἄργα] 'res, causas' (Thatsachen). Acerbe Creon repetit vocem ἔργον vim 'facinoris' (That) intellegens, ut hoc dicit: 'nempe eius me iubes facinoris rationem habere quale est σέβειν τοὺς ἀκοσμοῦντας'. Ad eandem vocem ἔργον in eis quae mox Haemon respondet οὐδ' ἂν κτλ. pertinet οὐδέ, quo facinori verba opponuntur.

Digitized by Google

ΚΡ. ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν;
ΑΙ. οὐδ' ἂν κελεύσαιμ' εὐσεβεῖν ἐς τοὺς κακούς.
ΚΡ. οὐχ ἥδε γὰρ τοιᾷδ' ἐπείληπται νόσῳ;
ΑΙ. οὔ φησι Θήβης τῆσδ' ὁμόπτολις λεώς.
ΚΡ. πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ;
ΑΙ. ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος;
ΚΡ. ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή με τῆσδ' ἄρχειν χθονός;
ΑΙ. πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ' ἥτις ἀνδρός ἐσθ' ἑνός.
ΚΡ. οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;
ΑΙ. καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος.
ΚΡ. ὅδ', ὡς ἔοικε, τῇ γυναικὶ συμμαχεῖ.
ΑΙ. εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι.
ΚΡ. ὦ παγκάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρί.
ΑΙ. οὐ γὰρ δίκαιά σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶ.
ΚΡ. ἁμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;
ΑΙ. οὐ γὰρ σέβεις τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν.
ΚΡ. ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον.

V. 724. Schol.: *ἀκοσμοῦντας· ἀπειθοῦντας καὶ ἄκοσμα διαπραττομένους.* Cfr. 660 et Philoct. 387.

V. 727. *ὁμόπτολις λεώς*] Vide quae ad v. 7 notata sunt.

V. 728—733. *πόλις γὰρ* etc.] In regno etiam cives in consilium adhibendos eorumque voluntates explorandas Haemon ostendit, cum contra Creon ad regis unius arbitrium nutumque totos se fingere cives et accommodare debere contendat. Cfr. Aesch. Suppl. 368 verba regis *ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος, ἀστοῖς δὲ πᾶσι τῶνδε κοινώσας πέρι*, quibus respondet chorus: *σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δάμιον, πρύτανις ἄκριτος ὤν.*

V. 729. Cum verbis *εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος* compara verbum *νεανιεύεσθαι.*

V. 730. *ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή*] 'Aliusne commodo quam meo imperare me huic civitati convenit?' Cfr. Ai. 1367 *τῷ γάρ με μᾶλλον εἰκὸς ἢ 'μαυτῷ πονεῖν;* Cui ita respondet Haemon, ut Creontis, regis, esse affirmet etiam aliorum commodis inservire, siquidem ea civitas esse dici non possit, in qua sibi soli rex vivat. In ceteris *χρή με* Dobraeus scripsit. Libri habent *χρή γε.*

V. 732. *οὐ τοῦ — νομίζεται*] Eadem structura verbi *νομίζεσθαι* O. C. 38 *τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;* De sententia horum versuum cfr. Phil. 386 *πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων*, O. R. 630 *κἀμοὶ πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ.*

V. 733. De sententia cfr. O. R. 55 *ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν*, Eur. fr. 825 *αἱ γὰρ πόλεις εἴσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία.*

V. 736. Schol.: *διὰ δίκης ἰών· δικασάμενος, δικαιολογούμενος, παρρησιαζόμενος.* Cfr. Matth. § 580 c. Krueg. I § 68, 22, 2.

V. 737. *οὐ — ἐξαμαρτάνονθ'*] I. e. *ἄδικον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντα* (cfr. Philoct. 1248 sq.), idque verecundiae causa posuit Haemon pro eo, quod in mente habebat, *ἀνόσιον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντα*, sive *ὕβριν ὑβρίζοντα.* Verbo *δίκαια* excipitur verbum *δίκης* ut in altercatione.

V. 739. *οὐ γὰρ σέβεις .. πατῶν*] i. e. *οὐ σέβεις* (quod hic absolute dicitur) *ἀσεβῶν.*

V. 740. Schol.: *γυναικὸς ὕστε-*

Digitized by Google

AI. οὐτἂν ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ.
KP. ὁ γοῦν λόγος σοι πᾶς ὑπὲρ κείνης ὅδε.
AI. καὶ σοῦ γε κἀμοῦ καὶ θεῶν τῶν νερτέρων.
KP. ταύτην ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς. 750
AI. ἥδ' οὖν θανεῖται καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινα. 745
KP. ἦ κἀπαπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχει θρασύς;
AI. τίς δ' ἔστ' ἀπειλὴ πρὸς κενὰς γνώμας λέγειν;
KP. κλαίων φρενώσεις, ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός. 754
AI. βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν. 757
KP. γυναικὸς ὢν δούλευμα, μὴ κώτιλλέ με. 750
AI. εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν. 755
KP. ἄληθες; ἀλλ' οὐ τόνδ' Ὄλυμπον ἴσθ' ὅτι 758

ρον· *ἀντὶ τοῦ ἡττηθὲν ὑπὸ γυναικός*. Cfr. Philoct. 181. Eodem sensu statim ἥσσω positum.

V. 741. *οὐτἂν — ἐμέ*] *οὐτἂν* cum Hermanno scripsi, cuius vide dissertationem quam scripsit de mensura utriusque *ἄν*, Opusc. Tom. IV p. 380 sq. Libri habent *οὐκ ἄν*, Brunckius scripsit *οὐκ ἄν γ'*. Hoc dicit Haemon: 'ut succumbam mulieri, pravitati non succumbo' i. e. illius mulieris causa quam defendo non est prava, sed optima.

V. 743. Vi aequat hoc responsum illud Tiresiae O. R. 371 *τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ*.

V. 745. *ἥδ' οὖν — τινα*] Alio sensu dicta haec Creon putavit, quam quo accipi Haemon voluit. Creon enim, cuius animum odiosae suspiciones iam insedissent, filium minari opinatur se patri, si Antigona occidatur, necem illaturum esse; contra Haemon his verbis ostendit se sibimet ipsi, si Antigona cadat, necem paraturum esse.

V. 746. *ἦ — θρασύς*] 'Adeone audax es, ut etiam minis me insequare?'

V. 749 sq. Transposui versus 749—751. In vulgato ordine neque verba *ἄληθες; κτέ.* v. 752 post *βούλει λέγειν .. κλύειν* neque verba *κώτιλλέ με* v. 750 post acerbissima verba *εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ' .. εὖ φρονεῖν* iustum locum habent. Cum verbis *βούλει .. κλύειν* compara Hes. O. D. 721 *εἰ δὲ κακὸν εἴπῃς, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις*, Alcae. fr. 82 p. 953[3] Bgk. *αἴκ' εἴπῃς, τὰ θέλεις ἤ κεν ἀκούσαις τά κεν οὐ θέλοις*, Terent. Andr. V 4, 17 *si mihi pergit quae volt dicere, ea quae non volt audiet*, El. 524 *κακῶς δέ σε λέγω κακῶς κλύουσα πρὸς σέθεν θαμά*. Itaque cum in verbis *βούλει .. κλύειν* aliquid elegantiae atque facetiarum insit, Creon respondet: 'noli me blandis verbis tentare, quibus melius tentabis mulierculas'. De verbo *κωτίλλειν* conferunt Theogn. 363 *εὖ κώτιλλε τὸν ἐχθρόν· ὅταν δ' ὑποχείριος ἔλθῃ, τῖσαί νιν κτέ.*, Hesych. *κωτίλλει· δολίως ἀπατᾷ, κωτίλλω· κολακεύω*. De participio praesentis *λέγων* confert Neuius Ai. 1089 sq. *καὶ σοὶ προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως μὴ τόνδε θάπτων αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς*.

V. 751. *εἰ μὴ — φρονεῖν*] Ut impietatis crimen effugeret, ita dixit, hoc significans: *οὐκ εὖ φρονεῖς*, quod ipsum verecunde dictum pro *κακῶς φρονεῖς* sive *παραφρονεῖς*.

V. 752. *ἄληθες*] Bekker. Anecd. p. 367, 7 *ὅταν ἡ πρώτη ὀξύνηται, τάττεται ἐπὶ εἰρωνείας*. Vide ad O. R. 350. — De dictione *οὐ τόνδ' Ὄλυμπον* monitum ad O. R. 660; de *ἴσθ' ὅτι* vide ad huius fab. v. 276.

Digitized by Google

πτεις, ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐν-
νυχεύεις·
φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος, ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐ-
λαῖς·
καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς οὔθ'
ἁμερίων σέ γ' ἀνθρώπων· ὁ δ' ἔχων μέμηνεν.

vel qui ex quavis pugna victor discedat.

V. 776 sqq. ὃς ἐν — ἐννυχεύεις] Si vera esset ea interpretatio nominis κτήμασι, qua de opulentis potentibusque, abstractum pro concreto, acceperunt post Doederlinum in Spec. ed. nov. Soph. p. 33 sq. multi, recte reprehenderet Hermannus poetam, quod opes teneris virginum genis opposuisset. Nunc vero Solgerus elegantem sensum illius nominis intellexit et locum interpretatus est hunc in modum: 'irruis ita, ut mancipia tibi fiant, quos invadis'. Hic sensus nominis κτήματα maxime illustratur eo quod a servis Graecis dominus vocabatur ὁ κεκτημένος. Itaque in verbis ἐν κτήμασι eadem ratione primaria vis sententiae posita est qua saepe in participiis. Mutationes vocabuli κτήμασι quotquot factae sunt sordent. Verbum ἐννυχεύειν similiter atque εὕδειν, de quo vide ad O. R. 65, usurpatum valet 'quiescere'. Iam scholiasta interpretatus est διατρίβειν. Tum adiectivum μαλακὸς quanquam coniunctum est cum nomine παρειαῖς, tamen referendum potissimum ad puellam est. Amor autem in genis tenerae puellae quiescere dicitur propterea, quod genae sive vultus virginis veluti sedes aut domicilium Amoris sunt. Cfr. Horat. Od. IV 13, 6 sqq. *ille* (*Amor*) *virentis et doctae psallere Chiae pulchris excubat in genis*, ibique Mitscherlichius. Praeterea cfr. Phrynich. fr. 8 p. 559 N. λάμπει δ' ἐπὶ πορφυρέαις παρῇσι φῶς ἔρωτος, Eur. Hipp. 525 Ἔρως Ἔρως ὁ κατ' ὀμμάτων στάζων πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχαῖς χάριν οὓς ἐπιστρατεύσῃ.

V. 780. Schol.: φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος· διότι καὶ τὰ πόρρω θηρεύει ὁ ἐρῶν, καὶ διὰ θαλάσσης ἄπεισι καὶ πανταχοῦ, ὥστε τοῦ ἔρωτος ἐπιτυχεῖν. Nullo periculo impediri nullaque vi deterreri Amorem ait, quominus id, quod quaerat, persequatur. Itaque et mare traicere et casas agricolarum intrare solere dicitur. Iacobsius: ὑπερπόντιος, inquit, ut Paris Helenae causa fecit, ἐν ἀγρον. αὐλαῖς, ut Venus ad Anchisen pastorem accessit. De dicendi modo φοιτᾷς ὑπερπόντιος vide Krueg. II § 57, 2, 5.

Ibid. ἀγρονόμοις αὐλαῖς] Recte Zehlickius haec verba non de lustris ferarum, quae nunquam αὐλαὶ dicuntur, sed de casis agricolarum accipienda monuit. Sunt autem proprie ἀγρονόμοι αὐλαὶ 'villae sive casae agrestes'. Nam ἀγρονόμος apud tragicos nihil fere differt notione ab adiectivo ἄγριος. Sic O. R. 1103 πλάκες ἀγρονόμοι sunt 'saltus agrestes'. Similia sunt quae Matth. § 446, 3 a. adfert.

V. 781. καί σ' οὔτ' — φύξιμος] De accusativo, qui ex nomine φύξιμος aptus est, vide Matth. § 422 et Krueg. II § 46, 5, 3, de potestate activa eius nominis eundem § 109. Buttm. Gr. ampl. § 119. 76.

V. 782. οὔθ' ἁμερ. σέ γ' ἀνθρώπων] σέ γ' ἀνθρώπων egregie emendavit Nauckius. Libri habent ἐπ' ἀνθρώπων. Idem confert O. R. 1101 τίς σ' ἔτικτε τᾶν μακραιώνων ἄρα; ἢ σέ γ' εὐνάτειρα Λοξίου; Phil. 1170 πότμος σε δαιμόνων τάδ' οὐδὲ σέ γε δόλος ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς. Cfr. Krueg. II § 69, 15. De ἁμέριος vide Valck. ad Eur. Phoen. 1515.

Ibid. Schol.: ὁ δ' ἔχων· τὸν ἔρωτα. Wexius confert Platon. Phaedr. p. 239 C ἀνὴρ ἔχων ἔρω-

Digitized by Google

(ἀντιστροφὴ α'.)

σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώ-
βᾳ· σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον ἔχεις ταράξας·
νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου
νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς θε-
σμῶν· ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει θεὸς Ἀφροδίτα.

νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν
ἔξω φέρομαι τάδ' ὁρῶν, ἴσχειν δ'
οὐκ ἔτι πηγὰς δύναμαι δακρύων,
τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον
τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν.

τα, cum nota Astii. Eur. Hipp. 1274 θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ πτανὸς ἐφορμάσῃ.

V. 784 sq. Schol.: σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους· σὺ καὶ δικαίους διαφθείρεις, ὥστε τὰς φρένας αὐτῶν ἀδίκους γίνεσθαι ὡς Ἡρακλῆς ἐνεχόμενος τῷ ἔρωτι τῆς Ἰόλης τὰ ἐν Οἰχαλίᾳ ἔπραξεν, ἀφορμὴν τοῦ πολέμου μὴ ἔχων ἢ τὸν ἔρωτα μόνον. De prolepsi vide ad v. 25.

V. 786 sq. τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον] I. e. τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξυναίμων. Cfr. Matth. § 446 not. 1. — De ταράττειν confert Musgravius Plutarch. Themist. c. 5 δίκας τῷ ἀνθρώπῳ πρὸς οἰκείους τινὰς ταράξειν. Idem Cat. min. c. 22 στάσεις καὶ πολέμους ταράττειν. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 72 exposui.

V. 788 sq. νικᾷ δ' ἐναργὴς — νύμφας] 'Vincit autem conspectus oculorum nitor delicatae sponsae'. Plus ait apud Haemonem valuisse desiderabilem puellae suavitatem quam pietatem patri debitam, ita ut cum patre altercari quam amorem sponsae abicere mallet. Attributum ἐναργής indicat, in quo maxime posita sit vis amoris. Venus enim eo magis vim exercet et non cedit honestati, quod sensum commovet et incitat. H. Stephanus in Thesauro: ἵμερος est etiam id in oculis, quo intuentium amor conciliatur. Pollux libr. 2, 63 de oculis loquens, postquam docuit oculos posse describi πυρώδεις etc., subiungit: καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀπορρέον ἵμερος.

V. 790. τῶν μεγάλων — θεσμῶν] Verba πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς corrupta esse, ratione antistrophica ostenditur. Emperius coniecit τῶν μεγάλων τῶνδε πάρεδρος θεσμῶν, Hermannus τῶν μεγάλων σύνδικος (Arndtius σύνθρονος) ἀρχαῖς θεσμῶν. Quidquid est: sensus sit oportet: τοῖς μεγάλοις θεσμοῖς συνάρχων. De πάρεδρος cfr. Pindar. Olymp. VIII 22 Θέμις Διὸς ξενίου πάρεδρος. Adscripsit Seidlerus Eur. Med. 843 τᾷ σοφίᾳ παρέδρους ἔρωτας, παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς.

V. 791. ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει] 'Insuperabilis enim est Venus ludos faciens.' Verba ἄμαχος ἐμπαίζει lepido quodam modo inter se repugnant.

V. 793 sqq. νῦν δ' ἤδη etc.] Hoc dicere Chorus videtur: 'iam ipse quoque eis quae conspicio abripior et aequitate animi qua nullius rei nisi honestatis rationem habeam destituor; ipse quoque vi sensuum opprimor'.

V. 796 sq. τὸν παγκοίταν — ἀνύτουσαν] De verbo ἀνύτειν

Digitized by Google

(στροφὴ α΄.)

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁρᾶτ' ἐμ', ὦ γᾶς πατρίας πολῖται,
τὰν νεάταν ὁδὸν
στείχουσαν, νέατον δὲ φέγγος λεύσσουσαν
ἀελίου
κοὔποτ' αὖθις· ἀλλά μ' ὁ παγκοίτας Ἅιδας
ζῶσαν ἄγει
τὰν Ἀχέροντος
ἀκτάν, οὔθ' ὑμεναίων
ἔγκληρον, οὔτ' ἐπὶ νυμφείοις
πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμ-
φεύσω.

ΧΟ. οὐκοῦν κλεινὴ καὶ ἔπαινον ἔχουσ'
ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων,
οὔτε φθινάσιν πληγεῖσα νόσοις,

'pervenire' significante vide ad O. C. 1562, ad quem locum adlata etiam exempla sunt huius verbi cum nudo accusativo coniuncti. Tum de adiectivo *παγκοίτης*, quod sollemniter Orco tribuitur, vide quae ad O. C. 1563 adnotata sunt.

V. 799. *τὰν νεάταν*] I. e. *τὴν ὑστάτην*. Vide Seidl. ad Eur. Troad. 206. De forma cfr. Krueg. § 23, 2, 5.

V. 800. *νέατον*] Adverbialiter positum est; cfr. eundem Seidl. ad Troad. 206. Wexius adscripsit Ai. 858 *πανύστατον δὴ κοὔποτ' αὖθις ὕστερον*, Eur. Hec. 411 *ὡς οὔποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον*.

V. 801. Blaydesii coniectura *πάγκοινος* ratione antistrophica commendatur. Cfr. El. 138 *ἐξ Ἀΐδα παγκοίνου λίμνας*.

V. 805. *ὑμεναίων*] 'Nuptiarum'. Vide ad O. R. 422. — Sequentia *οὔτ' ἐπὶ ν. . . ὕμνησεν* de cantu nuptiali accipienda sunt. Comprehendit utrumque duobus verbis infra v. 917 *ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον*. Quod autem in his membris, quae sibi opposita sunt, verbum finitum oppositum est adiectivo, de eo dictum ad O. R. 452. Adde Pflugk. ad Eur. Med. 12 et huius fab. 1162 sqq. *Ἐπὶ νυμφείοις* pro *ἐπινυμφίδιος* restituit Bergkius: idem legit scholiasta, sed falso interpretatus est: *λείπει θύραις ἢ κοίταις*, repetens *νυμφείοις* a nominativo *νυμφεῖοι*, non ut debebat a *νυμφεῖα*. Cfr. Trach. 7 *νυμφείων ὄκνον ἄλγιστον ἔσχον*. Dindorfius scripsit *ἐπινύμφειος*. De significatu vocis *νυμφεύσω* vide ad v. 648.

V. 809. *κλεινὴ — ἔχουσ'*] Decedere cum laude et gloria Chorus Antigonam ait, nisi fallor, propterea, quod factum eius, quanquam ipse improbavit (cfr. v. 853 sqq. 872 sqq.), tamen singularem quandam animi magnitudinem prodidit. Nam cum virgo et Haemoni desponsata mori maluit quam iniustae legi tyranni obtemperare, profecto magnae cuiusdam fortitudinis laudem sibi paravit. Nondum enim a pietate eam laudari a Choro puto, de qua dictum infra v. 872 sqq., cum prorsus improbabile sit idem bis Sophoclem hic dixisse.

V. 811 sq. *οὔτε φθινάσιν — λαχοῦσ'*] Sensum horum versuum recte scholiasta extrema adnotatione patefecit ita: *οὔτε νοσήσασα*

Digitized by Google

οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ᾽,
ἀλλ᾽ αὐτόνομος ζῶσα μόνη δὴ
θνατῶν Ἀΐδαν καταβήσει.

(ἀντιστροφὴ α΄.)

ΑΝ. *ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι*
τὰν Φρυγίαν ξέναν
Ταντάλου Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ· τὰν κισσὸς ὡς ἀτενὴς
πετραία βλάστα δάμασεν· καί νιν ὄμβροι τακομέναν,

οὔτε ἀναιρεθεῖσα. Hermannus: „*ξιφέων ἐπίχειρα* sunt praemia ensium, i. e. id quod ensibus congrediendo efficitur, quod est vi aliquem interfici. Latine dicas: munere belli.“

Ibid. *φθινάσιν νόσοις*] Confert Neuius Ai. 59 *μανιάσιν νόσοις*. Trach. 980 *φοιτάδα νόσον*. huius fab. 1019 *θυστάδας λιτάς*.

V. 813. *αὐτόνομος*] I. e. 'non vulgari, sed singulari modo'. Opponitur hoc verbis *οὔτε φθινάσιν — λαχοῦσα*, quibus lege naturae aut violenta manu hominis demitti in Orcum negatur. Scholiastae haec adnotarunt, quae ad nominis *αὐτόνομος* explicationem pertinerent: *μετ᾽ ἐλευθερίας τεθνήξῃ, ἰδίῳ καὶ καινῷ νόμῳ περὶ τὸ τέλος* (tria haec verba omitti debebant) *χρησαμένη, ἢ ἀντὶ τοῦ ἰδίοις αὐτῆς νόμοις χρησαμένη.*

V. 814. *Ἀΐδαν καταβήσει*] Gravius finitur oratio additis his verbis, quae salvo quidem sensu omitti poterant. Cfr. O. R. 163 sqq. *προφάνητέ μοι — ἔλθετε καὶ νῦν.* O. C. 1491 sqq. *βᾶθι, βᾶθ᾽ — ἵκου.* Philoct. 706 sqq. *οὐ φορβὰν — φορβάν.*

V. 815—825. *ἤκουσα — κατευνάζει*] Niobe, filia Tantali, regis Lydiae, uxor Amphionis, regis Thebani, amissis subito liberis suis omnibus obriguisse dolore et conversa in saxum dicitur, quod perpetuo flere credebatur. Cfr. Hom. Il. ω 602. Apollod. III 5, 6. Ovid. Metam. VI 146—312. Hygin. fab. 9.

V. 816 sq. *τὰν Φρυγίαν πρὸς ἄκρῳ*] Debebat Niobe Lydia dici, quemadmodum Sipylus mons Lydiae fuit. Sed Strabo lib. XII p. 571 extr. monet montem Sipylum a quibusdam Phrygiae accenseri et hinc Tantalum et Nioben *Φρυγίους* dici. Vide etiam ad Ai. v. 1292. — De genetivo *Ταντάλου* e verbis *τὰν Φρυγίαν ξέναν* apto vide ad O. C. 623.

V. 817 sq. *τὰν — πετραία βλάστα δάμασεν*] Recte scholiasta: *ἣν ἐδάμασεν ἡ πέτρας βλάστησις, ὡς κισσὸς περιβαλοῦσα αὐτήν· περιέφυσεν αὐτῇ, φησίν, ἡ πέτρα, ὡς κισσὸς δένδρῳ.*

Ibid. *κισσὸς ἀτενής*] 'Hedera firmiter adhaerens'. Musgravius interpungit: *τὰν, κισσὸς ὥς, ἀτενὴς πετραία βλάστα.* De voc. *ἀτενής* vide Ruhnk. ad Timaei Lexic. Platon. p. 58. ERF.

V. 819 sqq. *καί νιν ὄμβροι* etc.] De re confer Ovid. Metam. VI 310 sq. *flet tamen, et validi circumdata turbine venti in patriam rapta est; ubi fixa cacumine montis liquitur et lacrimas etiamnum marmora manant.* Propert. II 16, 7 sq. *nec tantum Niobe bis sex ad busta superba sollicito lacrimas defluit a Sipylo.* Seneca Ag. 371 *stat nunc Sipyli vertice summo flebile saxum, et adhuc lacrimas marmora fundunt antiqua novas.* Soph. El. 150 *ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ᾽ ἔγωγε νέμω θεόν, ἅτ᾽ ἐν τάφῳ πετραίῳ αἰεὶ δακρύεις.* Fontem famae ostendit Pausanias I 21, 5 narrans: *ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶ-*

ὡς φάτις ἀνδρῶν,
χιών τ' οὐδαμὰ λείπει,
τέγγει δ' ὑπ' ὀφρύσι παγκλαύτοις
δειράδας· ᾇ με δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει.
ΧΟ. ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής,
ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς·
καίτοι φθιμένῳ μέγ' ἀκοῦσαι
τοῖσι θεοῖσιν σύγκληρα λαχεῖν
ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν.

(στροφὴ β'.)

ΑΝ. οἴμοι γελῶμαι. τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων,
οὐκ οἰχομέναν ὑβρίζεις,
ἀλλ' ἐπίφαντον; ὦ πόλις, ὦ πόλεως
πολυκτήμονες ἄνδρες,
ἰὼ
Διρκαῖαι κρῆναι, Θήβας τ'

δον ἀνελθὼν ἐς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος· ἡ δὲ πλησίον μὲν πέτρα καὶ κρημνός ἐστιν, οὐδὲν παρόντι σχῆμα παρεχόμενος γυναικός, οὔτε ἄλλως οὔτε πενθούσης· εἰ δέ γε πορρωτέρω γένοιο, δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾶν καὶ κατηφῆ γυναῖκα.

V. 819—824. *καί νιν — δειράδας*] Hoc dicit: 'neque unquam, ut fama est hominum, deseritur imbribus et nive, qua liquescit (i. e. nullo non anni tempore liquitur), sed semper lacrimantibus oculis cervicem humectat'. Verbi *τέγγει* subiectum est Nioba. Recte autem comparaveris locutionem *τέγγειν ὑπ' ὀφρύσι δειράδας* cum Homerica *ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβειν*. Postremo adverte, perapte ea hic posita vocabula esse, *ὀφρύς* et *δειράς*, quae et montis et corporis humani partes significarent.

V. 826 sqq. *ἀλλὰ — ἀκοῦσαι*] Negat Chorus, qui omnem insolentiam reicere soleat, Antigonam recte se comparare mortalem et ex mortalibus genitam cum Nioba dea et dis nata, concedit tamen magnum esse mortuo eandem cum deis sortem nactum esse dici. Quibus verbis cum immodestiae cuiusdam Antigona argueretur, respondet illa: *οἴμοι γελῶμαι.*

V. 828 sqq. Neque paroemiacus *καίτοι . . ἀκοῦσαι* locum habet neque intellegi potest quid sibi velint verba *ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν*. Verum abhorret a recta ratione locum ita corrigi, ut omittantur verba *ζῶσαν . . θανοῦσαν*, quae omissa sunt in cod. A, cetera transponantur hunc in modum: *καίτοι φθιμένῳ τοῖσι θεοῖσιν | σύγκληρα λαχεῖν μέγ' ἀκοῦσαι.* Nam cum corruptela sit aperta, oportet rationem antistrophicam valere. Itaque iudicandum est nos nihil nisi reliquias quattuor versuum habere. Ceterum *τοῖσι θεοῖσιν* pro *τοῖς ἰσοθέοις* scripsit Nauckius, *σύγκληρα* pro *ἔγκληρα* Schaeferus. Cfr. Hom. λ 304 *τιμὴν δὲ λελόγχασι ἶσα θεοῖσιν.*

V. 831. *οἰχομέναν* scripsi. La habet *ὀλομέναν*, quod metro, alii libri vel *ὀλλυμέναν* vel *οὐλομέναν*, quae sensui non conveniunt.

V. 835 sq. *Θήβας τ' εὐαρμάτου ἄλσος*] De adiectivo *εὐαρμάτου* vide ad v. 149, de nomine *ἄλσος*, quo locus dis consecratus significatur, ad Electr. 5.

Digitized by Google

εὐαρμάτου ἄλσος, ἔμπας
ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπανδῶμαι,
οἵα φίλων ἄκλαυτος οἵοις νόμοις
πρὸς ἔργμα τυμβόχωστον ἔρχομαι τάφου ποταινίου,
ἰὼ δύστανος,
οὔτ' ἐν βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν
μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.
ΧΟ. προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους
ὑψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον
προσέπεσες, ὦ τέκνον, πολύ.

V. 836. **ἔμπας**] I. e. 'si homines me neglegent, certe vos mei miserebit'. Cfr. Phil. 937 **ὦ καταρρῶγες πέτραι, ὑμῖν τάδ', οὐ γὰρ ἄλλον οἶδ' ὅτῳ λέγω, ἀνακλαίομαι.**

V. 837. In **ξυμμάρτυρας** praepositio eandem vim habet atque in **ξυνειδέναι** supra v. 266. — De forma **ὔμμε** vide Krueg. II § 25, 1, 15. — **Ἐπανδῶμαι** pro vulg. **ἐπικτῶμαι** ex mea coniectura scripsi, quam et sensu loci flagitari et scholiastae interpretatione **ἐπιβοῶμαι** confirmari planum feci in Comment. de Schol. in Soph. tr. auctoritate p. 16 sq.

V. 838. **φίλων ἄκλαυτος**] Ab amicis non defleta. Cfr. Matth. § 345. Krueg. II § 47, 26, 9.

Ibid. **οἵοις νόμοις**] I. e. quam nefaria lege. Hinc statim a Choro admonetur sua ipsius culpa se ad mortem adduci.

V. 839. **πρὸς ἔργμα** etc.] Quamquam in Cod. La id quod prima manus scripsit **ἔργμα** duobus punctis literae **γ** superscriptis in **ἕρμα** correctum est, tamen lectionem **ἔργμα** vel potius **ἔργμα** tuetur adnotatio scholiastae **περίφραγμα** cl. Hesych. gl. **ἔργμασι· κωλύμασι, περιφράγμασιν.** Atque falluntur qui **ἕρμα** putant Eur. Hel. 854 'tumulum' significare. Aesch. Cho. 854 vero **ἔρυμα** potius in **ἔργμα** quam in **ἕρμα** mutandum esse recte dicit Gu. Wolffius. — De **τυμβόχωστον** vide Blomf. gloss. ad Aesch. Sept. c. Theb. 1024.

Ibid. Schol.: **ποταινίου· ἔστι μὲν προσφάτου· θέλει δὲ εἰπεῖν καινοῦ καὶ παρεξηλλαγμένου.** Neuius conferri iubet Blomf. gloss. Aesch. Prom. 102. Vulgo male colon post **ποταινίου** positum; cohaerent enim verba **πρὸς ἔργμα τυμβ. τάφ. ποτ. ἔρχομαι οὔτ' ἐν βροτοῖσιν — μέτοικος** etc. verbis **ἰὼ δύστανος** positis **διὰ μέσου**, hoc sensu: 'ad saeptum in tumuli modum aggestum sepulcri inauditi concedo habitatum neque apud homines neque apud manes' etc. Sic 867 **πρὸς οὓς — μέτοικος ἔρχομαι.** Eodem sensu nomen **μετοικίας** 890 positum, vulgo male intellectum.

V. 841. Locus corruptus est. Hermannus coniecit **βροτοῖς οὔτε νεκροῖς ἔνερθεν**, Boeckhius **βροτοῖς οὔτ' ἐν νεκροῖς κυροῦσα.** Possis scribere **βροτοῖς οὐδὲ νεκροῖς ἰοῦσα** i. e. **οὔτε βροτοῖς οὔτε νεκροῖς ἰοῦσα**, de quo cfr. Phil. 771 **ἑκόντα μήτ'** (**μηδ'** emendavit Dindorfius) **ἄκοντα**, Aesch. Ag. 532 **Πάρις γὰρ οὔτε** (lege **οὐδὲ**) **συντελὴς πόλις**, Aristoph. Av. 694 **γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν**, Herod. IV 28, Thuc. VIII 99. Theodoro Bergkio totus versus spurius videtur additus cum genuinus excidisset.

V. 844. **ἐς Δίκας βάθρον**] Confert Neuius Aesch. Ag. 383 **λακτίσαντι μέγαν Δίκας βωμόν** et Eum. 539 **βωμὸν αἴδεσαι Δίκας, μηδέ νιν κέρδος ἰδὼν ἀθέῳ ποδὶ λὰξ ἀτίσῃς.** De **βάθρον** idem adscribit Ai. 860.

V. 845. **προσέπεσες πολύ**] De

πατρῷον δ' ἐκτίνεις τιν' ἆθλον.
(ἀντιστροφὴ β'.)
ΑΝ. ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας
πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον
τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου
κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.
ἰὼ
ματρῷαι λέκτρων ἆται,
κοιμήματά τ' αὐτογέννητ'
ἀμῷ πατρὶ δυσμόρου ματρός,

πολύ vocabuli usu ad Philoct. 254 monitum est.

V. 846. *πατρῷον δ'* etc.] Recte Triclinius: *ἤγουν ὅσον δυστυχίας ἔμελλεν ἐκεῖνος δυστυχῆσαι, τοῦτο αὐτὴ ἀποπληροῖς τοιαύταις περιπεσοῦσα δυστυχίαις.* Adscripsit Wexius Herod. I 91 *Κροῖσος δὲ πέμπτου γονέος ἁμαρτάδα ἐξέπλησεν.* Theogn. 740 *ὑπερβασίην ἀντιτίνειν πατέρων.* Adde huius fab. v. 582 sqq.

V. 847—850. *ἔψαυσας — Λαβδακίδαισιν*] Hoc dicit: 'tetigisti acerbissimam mihi mentionem infinitae de patre totaque sorte nostra clarorum Labdacidarum lamentationis'. Plerique *μερίμνας* ita genetivum putant, ut *ἔψαυσας* primum cum genetivo, deinde quia in *ἔψαυσας* insit sensus verbi *ἔλεξας*, cum accusativo *οἶκτον* constructum opinentur. Quibus accedit Matth. § 330 not. Musgravius contra pro accusativo habet, ut *οἶκτον* appositionis loco positum putandum sit. Horum cum nihil probari possit, ducimus accusativum *οἶκτον* aptum ex simplici notione *ὑπέμνησας* quae verbis *ἔψαυσας ἀλγεινοτάτης ἐμοὶ μερίμνης* exprimitur. Simili ratione Demosth. IV 45 *τεθνᾶσι τῷ δέει* ut *δεδοίκασι* cum acc. *τοὺς τοιούτους ἀποστόλους*, Aesch. Sept. c. Th. 289 *μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος* ut *ταρβοῦσι* cum acc. *τὸν ἀμφιτειχῆ λεών* construitur. Cfr. Krueg. II § 46, 11, 3. Genetivi *πατρὸς* et *τοῦ — πότμου* apti sunt e nomine *οἶκτον*, de qua dicendi consuetudine vide Matth. § 342 et Krueg. I § 47, 7, 2. Tum recte Boeckhius *ἁμετέρου* explicari ait addito *Λαβδακίδαισιν*, qui dativus pro genetivo positus sit (cfr. Matth. § 389 g 3, Krueg. I § 48, 12, 4), quod hoc loco eo minus mirum, quia *πότμον τινὶ* sit: 'das jedem zukommende Loos'. Adde v. 854 *κοιμήματα πατρί.* El. 1066 *βροτοῖσι φάμα.* De adiectivo *τριπόλιστον* scholiasta adnotavit: *τριπόλιστον οἶκτον· πολλάκις ἀναπεπολημένον, ἢ διάσημον καὶ πανταχοῦ ἀκουόμενον καὶ πολούμενον.* Glossa *πολυθρύλλητον καὶ πάνδημον δυστυχίαν, ἣν πᾶς ἐλεεῖ.* Boeckh. comparat *ἀναπολεῖν* Phil. 1238 et Pindar. Nem. VII extr. *ταὐτὰ δὲ τρὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν.* Recte autem M. Seyffertus monet, luctum dicere Antigonam non 'qui ubique audiatur', sed 'qui ab ipsa etiam atque etiam renovetur'.

V. 849. Schol.: *τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου· καὶ τῆς προτέρας ἡμῶν δυστυχίας.*

V. 852. *λέκτρων ἆται*] Similiter O. C. 526 *γάμων ἄτᾳ.* De adiectivo *ματρῷαι* cum *ἆται* iuncto, cum pertineat potius ad nomen *λέκτρων*, vide ad 786 sq.

V. 853 sq. *κοιμήματά τ' — ματρός*] Sensus est: 'et miserae matris concubitus cum eo, quem ipsa pepererat, patre meo'. Cfr. O. R. 1248. 1405. De dativo *ἐμῷ πατρί*, qui aptus est ex voc. *κοιμήματα*, vide ad v. 847 sqq. Dicebatur autem *κοιμᾶσθαί τινι.*

V. 854. *ἀμῷ* ex libris Tricl. rescripsi. Vulgo *ἐμῷ* legitur. Prae-

οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων ἔφυν·
πρὸς οὓς ἀραῖος ἄγαμος ἅδ' ἐγὼ μέτοικος
ἔρχομαι.
ἰὼ δυσπότμων
κασίγνητε γάμων κυρήσας,
θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήναρές με.

ΧΟ. σέβειν μὲν εὐσέβειά τις,
κράτος δ', ὅτῳ κράτος μέλει,
παραβατὸν οὐδαμᾷ πέλει·
σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά.

(ἐπῳδός.)

ΑΝ. ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος,
ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν.
οὐκ ἔτι μοι τόδε λαμπάδος ἱρὸν ὄμμα
θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ·

terea cod. La habet δυσμόρῳ: **δυσμόρου** exhibent schol. et ceteri libri.

V. 855. **οἵων**] Scholiasta refert ad nomen, quod praecedentibus verbis continetur, **γονέων**. Referendum potius ad **κοιμήματα**, contra quod sequitur **πρὸς οὓς** ad **γονέας**.

V. 586. Schol.: **ἀραῖος· ἐπικατάρατος, διὰ τὰ ἐκείνων ἁμαρτήματα.**

V. 857 sq. Schol.: **δυσπότμων· διὰ τὴν πρὸς Ἄδραστον ἐπιγαμίαν, ἥτις αἰτία τοῦ πολέμου κατέστη.** Consentaneum hoc est naturae humanae, ut in rebus adversis causam malorum ex longinquo repetant; illud si non esset factum, meliore se sorte usuros fuisse rati. Moneo hoc, ne quis reprehendendum putet poetam, quod non proximam causam commemorare Antigonam voluerit. Noluit quod poterat scribere, **ἰὼ δυσπότμου κασίγνητε τάφου κυρήσας.** Nam hoc si diceret Antigona, dubitaremus, an paeniteret eam, quod sepelire fratrem esset conata. HERM.

V. 589. **θανὼν — με**] Confert Neuius Ai. 1027 **εἶδες ὡς χρόνῳ ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν;**

V. 860. **σέβειν — τις**] 'Pie facere pietas est', i. e. pie qui facit laudem pietatis consequitur, sive pie facere laudabile est. Nam **εὐσέβεια** etiam 'laus pietatis' est; vide ad Philoct. 1443. Pietatem autem dicit, quod fratrem Antigona sepeliendum putavit.

V. 861 sq. **κράτος — πέλει**] Recte Brunckius: 'sed nequaquam iussa transgredi licet eius, penes quem est imperium'. De omisso **τούτου** ante **ὅτῳ** vide ad v. 36.

V. 863. Schol.: **αὐτόγνωτος ὀργά· αὐθαίρετος καὶ ἰδιογνώμων τρόπος.** Recte Erfurdtius: **αὐτόγνωτος**, inquit, est 'qui ex sua tantum animi sententia (**γνώμῃ**) unumquidque agit'. Similia Schaeferus ad h. l. attulit. Hoc dicit: 'tu te ipsa perdidisti, ut quae obsequi tuae voluntati quam parere legi tyranni malueris'.

V. 865. **ἄγομαι — ὁδόν**] De locutione **ἄγεσθαι ὁδὸν** vide Krueg. II § 46, 7, 2 coll. O. C. 96 sq. Speciose Reiskius coniecit **τάνδε πυμάταν ὁδόν** Dindorfiusque scripsit totum locum: **ἀκλ. ἀφ. ἀν. ἔρχομαι τὰν πυμάταν ὁδόν.**

V. 866. Schol.: **λαμπάδος· τοῦ ἡλίου.**

τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον.
οὐδεὶς φίλων στενάζει.

ΚΡΕΩΝ.

Ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν
ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν;
οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα, καὶ κατηρεφεῖ
τύμβῳ περιπτύξαντες, ὡς εἴρηκ' ἐγώ,
ἄφετε μόνην ἔρημον, εἴτε χρῇ θανεῖν
εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ·
ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην·
μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται.

ΑΝ. ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς

V. 868. *ἀδάκρυτον*] Recte Triclinius: *τὸ ἀδάκρυτον σαφηνισμός ἐστι τοῦ οὐδεὶς στενάζει· τὸ γὰρ παρ' οὐδενὸς στεναζόμενον ἀδάκρυτόν ἐστιν.* Cfr. Aesch. Pers. 298 *ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών* et supra ad v. 25.

V. 870 sq. Schol.: *ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους· πρὸς τοὺς ὑπηκόους τοῦτό φησιν ὁ Κρέων ὀργιζόμενος, ὅτι μὴ θᾶττον αὐτὴν ἀπήγαγον πρὸς εἱρκτήν. Ὁ δὲ λόγος· ἆρα ἴστε, ⟨ὡς⟩ εἰ χρείη λέγειν ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν, οὐδέποτε ⟨ἄν⟩ τις παύσαιτο; δεῖ οὖν ἐκ βίας ἕλκειν αὐτήν.*

V. 871. *εἰ χρείη*] Interpretatur Schaeferus 'si utile sit' coll. v. 922 *τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι βλέπειν;* At dicendum fuisse 'si referat' videtur.

V. 872 sqq. *οὐκ ἄξεθ' — καὶ — ἄφετε*] Recte haec coniuncta, siquidem verba interrogative elata, *οὐκ ἄξετε*, idem significant atque imperativus *ἄγετε*. Cfr. Krueg. I § 53, 7, 4.

V. 873. *περιπτύξαντες*] Confert Musgravius Eur. Phoen. 1357 *τειχέων περιπτυχαί.*

V. 874 sq. Pro librorum scriptura *εἴτε χρὴ* Hermannus *εἰ χρῄζει*, Dindorfius *εἴτε χρῇ θανεῖν* scripsit. Schol.: *εἰ χρῄζει καὶ θέλει. Μετριάζειν δὲ προσποιεῖται τῇ κολάσει, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ 'ἡμεῖς γὰρ ἁγνοί', τουτέστιν ἀκοινώνητοι τοῦ φόνου τούτου, φησὶ διὰ τὸ μὴ χερσὶν αὐτὴν ἀνῃρηκέναι.* De verbo *χρῇ* haec adnotavit Dindorfius: Euripides apud M. Tullium ad Attic. VIII 8 et apud Suidam (s. v. *παλαμᾶσθαι*): *πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρῇ καὶ παλαμάσθω καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω.* Secunda persona usus est Sophocles Ai. 1373 *σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεσθ' ἃ χρῇς.* Hesychius: *χρῇς· θέλεις, χρῄζεις.* Quae glossa ex Cratino sumpta videtur, quem citat Suidas s. v. *χρή* p. 3921 *χρῇς δὲ τὸ χρῄζεις καὶ δέῃ. Κρατῖνος Νόμοις, νῦν γὰρ δή σοι πάρα μὲν θεσμοὶ τῶν ἡμετέρων, πάρα δ' ἄλλ' ὅ τι χρῇς.*

V. 875. *τυμβεύειν* passive hic dictum 'sepeliri' significat, cum vulgo 'sepelire' denotet. Eodem modo *νυμφεύειν* et active et passive usurpatum est. Vide ad 648. Hoc dicit poeta: 'sive mori vult sive tali in thalamo sepulta vivere'. Verum maxime probabile quod Morstadtius scribendum esse suspicatus est *νυμφεύειν*.

V. 876. *τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην*] De locutione *τὸ ἐπί τινα*, 'quod attinet ad aliquem', vide Krueg. I § 68, 41, 9.

V. 877. Schol.: *μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω· τὸ μεθ' ἡμῶν ἄνω οἰκεῖν.* Hoc dicit: 'habitatum concedere ad superos prohibebitur'. Simillime dixit 1224 *εὐνῆς τῆς κάτω.*

V. 878 sqq. *ὦ τύμβος* etc.] Paul-

Digitized by Google

οἴκησις ἀείφρουρος, οἷ πορεύομαι
πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς, ὧν ἀριθμὸν ἐν νεκροῖς
πλεῖστον δέδεκται Φερσέφασσ' ὀλωλότων·
ὧν λοισθία 'γὼ καὶ κάκιστα δὴ μακρῷ
κάτειμι, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου.
ἐλθοῦσα μέντοι κάρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω
φίλη μὲν ἥξειν πατρί, προσφιλὴς δὲ σοί,
μῆτερ, φίλη δὲ σοί, κασίγνητον κάρα·
ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ
ἔλουσα κἀκόσμησα κἀπιτυμβίους
χοὰς ἔδωκα. νῦν δέ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
δέμας περιστέλλουσα τοιάδ' ἄρνυμαι·
καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.
οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,

lisper progressa et ad eum locum conversa, in quo sepulcrum situm fuit, Antigona haec dicit.

V. 882. *κάκιστα δὴ μακρῷ*] Sed ego postrema et *μακρῷ κάκιστα*, i. e. longe deterrimo, sive multo maxime miserabili fato defuncta adveniam. CAMER. Cfr. v. 59.

V. 884. Schol.: *ἐν ἐλπίσιν τρέφω· ἐλπίζω ἀποθανοῦσα πάντας ἕξειν φίλους. Εὐεπίφορος ὁ Σοφοκλῆς εἰς τὸ τρέφω ἀντὶ τοῦ ἔχω.* Cfr. 660. 1089. Ai. 503. 644. 1124. O. R. 356. 374. Trach. 28. 117. Phil. 795.

V. 886. Schol.: *κασίγνητον κάρα· ὦ Ἐτεόκλεις· ἑξῆς γὰρ τοῦ Πολυνείκους μετὰ οἶκτον μνημονεύει.*

V. 889. *ἔδωκα*] Cfr. El. 451. 458. *Δωρεῖσθαι τινα χοαῖς* habet Eur. Or. 117 et ipsum *διδόναι χοὰς* Or. 124. Phoen. 934. Iph. T. 61. NEUIUS. De supplendo dativo *ὑμῖν* vide Krueg. I § 60, 5, 1.

V. 891. Schol.: *καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα· παρὰ τοῖς καλῶς φρονοῦσι δοκῶ σε τετιμηκέναι, ὥστε τοὺς συνετοὺς ἀποδέξασθαι τὰ ὑπ' ἐμοῦ εἰς σὲ γενόμενα.* De dativo vide Matth. § 338 a. Krueg. I § 48, 6, 5. Scholiasta coniunxit *εὖ* cum *φρονοῦσιν*. Verum, nisi velis de Arndtii coniectura scribere *καίτοι σέ γ' εὖ 'τίμησα*, in quibus particula *γὲ* parum sit utilis, sensus efflagitat ut *εὖ* cum *ἐτίμησα* nectatur.

V. 892—899. *οὐ γάρ ποτ' — βλάστοι ποτέ*] Negat se hoc officium praestituram fuisse aut liberis aut marito, quod liberi et maritus reparabiles, fratres autem mortuis parentibus irreparabiles sint. Manifestum est autem respici ad rem illam ab Herodoto III 119 expositam. Cum enim infestus videretur Dario et studiosus novarum rerum unus ex septem coniuratis Intaphernes, non modo ipsum, sed etiam liberos reliquosque cognatos in carcerem coniecit. Quam calamitatem cum uxor Intaphernis vehementissime deploraret et quotidie ad fores regiae cum lacrimis et eiulatu adesset, tandem misericordia commotus Darius nuntiari iubet mulieri, velle se unum ex captivis ei condonare. Quo facto cum nihil cunctata fratrem dimitti voluisset, regi miranti quid esset, quod neglexisset et maritum et liberos, haec respondisse fertur narrante Herodoto: *ὦ βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλοιμι· πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζωόντων, ἀδελφεὸς*

Digitized by Google

οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ᾐρόμην πόνον.
τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτός, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον·
μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν,
οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.
τοιῷδε μέντοι σ' ἐκπροτιμήσασ' ἐγὼ
νόμῳ, Κρέοντι ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν
καὶ δεινὰ τολμᾶν, ὦ κασίγνητον κάρα.
καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὕτω λαβὼν
ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε του γάμου
μέρος λαχοῦσαν οὔτε παιδείου τροφῆς·

ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο Ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεωμένη ἔλεξε ταῦτα. Atque hac oratione et iudicio mulieris admodum delectatus rex et fratrem, quem petierat, et maximum natu ei filium condonavit, reliquis omnibus interfectis. Tu vero noli credere a Sophocle haec scripta esse, quae quin ab histrione addita sint, non dubitabit qui diligenter reputaverit, quid dignum persona Antigonae sit, et intellexerit imitationem Herodoti satis absurdam esse. Accedit, quod in ipso sermone sunt quae ab elegantia generis dicendi Sophoclei abhorreant, ut ne ea quidem huius loci excusatio quae una aliquam speciem habet comprobari possit, quam pluribus novissime persecutus est R. Nieberdingius in progr. gymn. Neustadt O.-S. a. 1875 contendens, Sophoclem amicitia Herodoti deductum esse ut hunc pannum adsueret. Quod autem Aristoteles Rhet. III 16 de hoc loco ut genuino Sophoclis loquitur, eo nihil aliud demonstratur nisi hanc interpolationem ut multas alias ante Aristotelis aetatem sive ante illam Lycurgi oratoris de fabulis tragicorum non interpolandis legem factam esse. Multas de hac quaestione commentationes inde ab A. Jacobi quaestionibus Soph. a. 1821 et Goethei Sermonibus Eckerm. III scriptas perlustravit H. Kratzius in progr. gymn. Stuttg. 1866.

V. 892 sq. *εἰ τέκνων — ἐτήκετο*] Hoc dicit poeta: 'neque si liberi mihi essent, neque si maritus, qui mortui putrescerent'. Nam verba *κατθανὼν ἐτήκετο* ad liberos etiam referenda esse apparet.

V. 895. Triclinius: *τίνος νόμου· ἤγουν τίνι νόμῳ χαριζομένη, καὶ στέργουσα καὶ ἀποδεχομένη τοῦτον, λέγω ταῦτα;* De locutione *πρὸς χάριν νόμου* vide ad v. 30.

V. 896. *κατθανόντος*] Sc. *τοῦ πόσιος*. Cfr. Krueg. I § 47, 4, 3.

V. 897. *καὶ παῖς — ἤμπλακον*] Hoc dicit: 'et filius mihi ex alio marito esset, si cum marito filium amisissem'. Pronomen *τοῦδε* ad nomen *παῖς* referendum esse certum est. Manifestum est autem haec dicenti obversatum maxime Intaphernis illius uxoris exemplum esse.

V. 898. *κεκευθότοιν*] De sensu intransitivo huius verbi vide ad O. R. 968.

V. 901. *ταῦτ' — ἁμαρτάνειν*] Vide quae de hoc loquendi forma ad v. 66 monita sunt.

V. 903. Schol.: *ἄγει με· ἐμφατικώτερον τὸ ἄγει. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκέλευσέ με ἀχθῆναι, ἀλλ' αὐτὸς ἄγει.*

V. 905. Schol.: *οὔτε παιδείου τροφῆς· οὔτε παῖδα θρέψασαν.*

Digitized by Google

ἀλλ' ὧδ' ἔρημος πρὸς φίλων ἡ δύσμορος
ζῶσ' ἐς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς·
ποίαν παρεξελθοῦσα δαιμόνων δίκην;
τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι
βλέπειν, τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων; ἐπεί γε δὴ
τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.
ἀλλ' εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά,
παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες·
εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ
πάθοιεν ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.
ΧΟ. ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὑταὶ
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν.
ΚΡ. τοιγὰρ τούτων τοῖσιν ἄγουσιν
κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ.
ΑΝ. οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω
τοὔπος ἀφῖκται.

V. 906. Offendit locatio **ἔρημος πρός τινος**. Itaque nisi malis eam interpolatori tribuere, verba **πρὸς φίλων** cum verbo **ἔρχομαι** eodem sensu quo **ἄγομαι** dicto coniungenda videntur.

V. 909. **τί χρή**] Vide ad v. 871; de **βλέπειν εἴς τινα** confer Ai. 398. 514. El. 925.

V. 911. **τὴν δυσσέβειαν**] 'Impietatis crimen'. Vide ad v. 860 et Elmsleium ad Eur. Med. 213.

V. 912 sq. **ἀλλ' εἰ μὲν — ἡμαρτηκότες**] Hoc dicit Antigona: 'quodsi vero di haec probant et volunt, ut propter pietatem malis afficiar (quasi pietatem colere peccatum sit), malo consciam mihi peccatum'. Verbis **παθόντες ξυγγνοῖμεν** subest proverbialis locutio **πάθει μάθος, παθόντα μαθεῖν**. De genere masculino cfr. Matth. § 436, 4. Krueg. I § 43, 1, 3. Verba **εἰ τάδ' — καλὰ** recte iam scholiasta explicavit: **εἰ ταῦτα τοῖς θεοῖς ἀρέσκει**.

V. 914 sq. Schol.: **εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσιν· ἐπὶ τὸν Κρέοντα ἡ ἀναφορά. ἐκδίκως· ἔξω τοῦ δικαίου.** De **ἢ καὶ** vide Matth. § 620. 2. Ceterum fallitur Wexius, qui pro inimicis precari Antigonam hic putat. Optat illa potius, ut, Creon si peccet, eadem aliquando mala patiatur, quibus ipsa iniuste nunc afficiatur. Ea autem quoniam gravissima sunt, summa intellegitur Creonti mala imprecari.

V. 916 sq. Schol.: **ἔτι· ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ κινήματι ἔοικεν ἡ παῖς εἶναι· οἷον· οὐκ ἐνδέδωκεν ὀδυρομένη.** Recte Camerarius: Neque enim aut peccasse se fatetur aut paenitere facti. Ideo dicit chorus retinere pristinum animi impetum, a ventorum flatibus translatione ducta. De locutione **ἀνέμων ῥιπαί** vide ad v. 137.

V. 918. **τούτων**] Recte Hermannus secundum Wexium **τούτων** refert ad ea, quae modo in scena acta sunt, i. e. quod conqueri et lamentari Antigonam, qui eam abducere debebant, passi sunt. Genetivus aptus est ex nomine **κλαύματα**. De numero plurali pronominis vide ad Phil. 1354 sq., de locutione **κλαύμαθ' ὑπάρξει** ad 230 huius fabulae.

V. 920 sq. **οἴμοι — ἀφῖκται**] Recte Brunckius videtur interpretatus: 'hei mihi, mortem proxime haec vox accedit'. Cfr. O. C. 529 cum nota.

Digitized by Google

ΧΟ. θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι
μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι.
ΑΝ. ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον
καὶ θεοὶ προγενεῖς,
ἄγομαι δὴ κοὐκ ἔτι μέλλω.
λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι,
τὴν βασιλίδα μούνην λοιπήν,
οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω,
τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.

(στροφὴ α'.)

ΧΟ. Ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς

V. 922 sq. Schol.: *οὐ παραμυθοῦμαί σε θαρρεῖν, ὡς μὴ κεκυρωμένου σοι τοῦ ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησιν ὡς οὐκ ἐνδιδούς, ἵνα μὴ ὑπονοήσῃ ἐκείνη μεταπεπεικέναι αὐτὸν δακρύουσα. ἢ ὁ χορὸς λέγει, ὡς τοῦ Κρέοντος μὴ μεταπεισθέντος.* Recte Boeckhius vidit nullo pacto Creonti tribui hos versus potuisse. De *μὴ οὐ* particulis vide Matth. § 609. Krueg. I § 67, 12, 6.

V. 924. *ὦ γῆς — πατρῷον*] Recte monet Neuius *Θήβης ἄστυ* 'urbs Thebarum' idem esse quod *ἄστυ Θήβη*. Cfr. O. C. 297 *πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει.* De duplici genetivo vide ad O. C. 668 sq.

V. 925. *καὶ θεοὶ προγενεῖς*] Similiter *μεταγενὴς* est apud Menandrum, quem affert Athenaeus p. 559 F. Usitatiora sunt comparativa *προγενέστερος* et *μεταγενέστερος*. Postulat vero analogia, ut *προγενεῖς* non *προγόνους*, sed antiquos intellegamus, quemadmodum *παλαίχθων Ἄρης* ab Aeschylo dictus Spt. c. Th. 105. Sunt autem illi antiqui di Mars et Venus, Harmoniae, Cadmi coniugis, parentes. HERM.

V. 927. Schol.: *οἱ κοιρανίδαι· κοίρανοι· τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ φησιν· εἰώθασι γὰρ οὐ μόνον τοὺς βασιλεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν πολιτῶν οὕτω καλεῖν.* Vide quae ad O. R. 85 et 911 adnotata sunt. De forma *κοιρανίδαι* confer Lobeck. ad Ai. 879 p. 367 sq.; de nominativo in compellatione Krueg. I § 45, 2, 7.

V. 928. Schol.: *τὴν βασιλίδα· τὴν βασιλείαν.* Nemo miretur magni animi puellam se solam e regia stirpe superstitem esse dicere. Non hoc incogitanti poetae excidit, ut Musgravio visum ad Iphig. T. 905. Consulto et ex naturae observatione Antigonam sic loquentem introduxit. Ad certam mortem dum abducitur, quam sibi ipsa pio facinore arcessivit, sororis meminisse non debet, quae eiusdem facti timore mortis et Creontis reverentia particeps esse noluit. Indigna genere suo Ismena illi videtur, nec eam amplius pro sorore habet. BR. Ceterum manifestum est *τὴν βασιλίδα* a Sophocle scriptum esse non posse. Coniecerunt multa: Triclinius *τὴν βασίλειαν*, Hermannus *τὴν βασιληΐδα*, Emperius *Θήβης τὴν κοιρανιδᾶν μούνην λοιπήν*, ut lectionem *τὴν βασιλίδα* ex interpretatione *τὴν βασιλειδᾶν* adscripta ortam esse putandum sit, Winckelmannus ipsum illud *τὴν βασιλειδᾶν* cl. Hes. *βασιλείδης· ὁ τοῦ βασιλέως*, Bergkius vel M. Schmidtius *τὴν Λαβδακιδᾶν*. A memoria librorum proxime abest *τὴν βασιλειδᾶν*.

V. 931—968. Egregie instituit poeta, ut chorus, misero Antigonae fato in dolorem non mediocrem coniectus, aliquo cantu prosecuturus decedentem virginem ac semet ipsum quodammodo consolaturus trium proferret hominum nobilium exempla, qui simili calamitate olim adfecti vivique in spe-

ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς·
κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη·
καίτοι γενεᾷ τίμιος, ὦ παῖ, παῖ,
καὶ Ζηνὸς ταμιεύεσκε γονὰς χρυσορύτους.
ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
οὔτ' ἄν νιν ὄλβος, οὔτ' Ἄρης, οὐ πύργος,
οὐχ ἁλίκτυποι
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.

luncas subterraneas inclusi essent, Danaae, Lycurgi, Cleopatrae. Ex his quanquam Danae et Cleopatra liberatae postmodo e custodiis ab aliis scriptoribus traduntur, tamen illi valde errant interpretes, qui chorum commemorandis exemplis illis simul Antigonae aliquam recuperandae libertatis spem inicere voluisse suspicantur.

V. 931—940. ἔτλα — ἐκφύγοιεν] Sensus nexusque hic est: 'toleravit eandem fortunam Danae, ut in carcerem subterraneum includeretur; quanquam enim nobilis erat et a Iove amabatur, cuius compressu gravida facta est, tamen succubuit fato, cui nulla unquam vis resistere potest'. Fabula, quam tangit Sophocles, haec est: Acrisius, rex Argivorum, cum ab oraculo monitus esset fore, ut Danae, filia ipsius, puerum pareret, a quo interficeretur, in conclavi aereo subterraneo eam inclusam custodivit. Nihilominus Iuppiter in imbrem aureum conversus et per tegulas demissus cum Danae rem habuit; unde natus postmodo Perseus est. Cfr. Apollod. II 4, 1. Hygin. fab. 63 et Horat. Od. III 16, 1sqq. Schol. ad Apollon. Rhod. IV 1091.

V. 931 sqq. Δανάας — αὐλαῖς] De periphrasi Δανάας δέμας vide Matth. § 430 p. 798. Verba οὐρ. φῶς ἀλλάξαι recte interpretatus est Musgravius: 'tenebris mutare lucem caelestem'. — De adi. χαλκοδέτοις apte confert Neuius El. 836 χρυσοδέτοις ἕρκεσι, et huius carminis 936 χρυσορύτους. De re vide Pausan. II 23, 7 ἄλλα δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια. κατάγειον οἰκοδόμημα, ἐπ' αὐτῷ δὲ ἦν ὁ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιός ποτε ἐπὶ φρουρᾷ τῆς θυγατρὸς ἐποίησε· Περίλαος δὲ καθεῖλεν αὐτὸν τυραννήσας. Apollod. II 4, 1 δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον τὴν Δανάην ἐφρούρει. Adde quae Mitscherl. ad Horat. Od. III 16, 1—8 attulit. Boeckhio χαλκόδετοι αὐλαὶ dici videntur, quia parietes illius conclavis aereis laminis tabulati fuerint, religatis ad lapides clavorum iunctura.

V. 934. τυμβήρει θαλάμῳ] Adscripsit Neuius Philoct. 1262 τάσδε πετρήρεις στέγας. De κατεζεύχθη idem confert v. 941 ζεύχθη et Philoct. 1025 κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγείς.

V. 936. Schol.: ταμιεύεσκε· ἀντὶ τοῦ ἐν αὐτῇ εἶχε τὰς γονὰς τοῦ Διός· ὅ ἐστιν· ἔγκυος ἦν. Vehementer errant qui hoc dicere his verbis Sophoclem putant, Danaen tum demum, cum iam gravida facta esset, a patre in domum illam aeratam inclusam esse. Immo secutus ille communem omnium famam Danaen detrusam in conclave sepulcrale ait, quamvis esset dilecta Iovi, a quo, cum ibi lateret, gravida facta sit. — De forma χρυσορύτους vide Matth. § 40.

V. 937. ἀλλ' .. δεινά] I. e. ἀλλ' ἁ μοιριδία δύναμίς ἐστι δεινά τις.

V. 938. ὄλβος pro ὄμβρος scripsit Erfurdtius. Idem contulit Bacchyl. fr. 36 p. 1238 ed. tert. Bgk. θνατοῖσι δ' οὐκ αὐθαίρετοι οὔτ' ὄλβος οὔτ' ἄκαμπτος Ἄρης οὔτε πάμφθερσις στάσις.

(ἀντιστροφὴ α΄.)

ζεύχθη δ' ὀξύχολος παῖς ὁ Δρύαντος,
Ἠδωνῶν βασιλεύς, κερτομίοις ὀργαῖς,
ἐκ Διονύσου πετρώδει κατάφαρκτος ἐν δεσμῷ.
οὕτω τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει
ἀνθηρόν τε μένος· κεῖνος ἐπέγνω μανίαις
ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίοις γλώσσαις.
παύεσκε μὲν γὰρ ἐνθέους γυναῖκας εὔιόν τε πῦρ,
φιλαύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας.

V. 941—950. Alterum similis fati exemplum commemorat Lycurgi, regis Thracum, quem, quod Bacchum eiusque comites contempsisset et laesisset, antro inclusum esse tradit. Eadem de re exposuerunt Homerus Il. ζ 130—140, qui occaecatum eum a Iove propter illum contemptum Bacchi narrat, Apollod. III 5, 1. Diodor. III 65 et Hygin. fab. 132. Ceterum scholiasta ad hunc locum: *μὴ οὕτω αὐτὸ λάβωμεν, ὅτι καὶ ἡ Ἀντιγόνη ἀσεβὴς οὖσα πέπονθεν ὅπερ ὁ ἀσεβὴς Λυκοῦργος· ἀλλ' ἁπλῶς τῇ παραθέσει τῶν ὁμοίων δυστυχιῶν παραμυθεῖται τὴν κόρην.* Verbum *ζεύχθη* eadem ratione in initio enuntiati positum est ac si praecesserit *ἐζεύχθη (κατεζεύχθη) μέν.*

V. 941. *ὀξύχολος*] Ita Verg. Aen. III 13 sq. *terra procul vastis colitur Mavortia campis* (*Thraces arant*) *acri quondam regnata Lycurgo.*

V. 942. *Ἠδωνῶν*] Populi Thracii, ad Edonum montem et Strymonem fluvium incolentis. Vide Plin. H. N. IV 11 et Gierig. ad Ovid. Met. XI 69.

V. 942 sq. Schol.: *κερτομίοις ὀργαῖς· διὰ τὰς κερτομίους ὀργάς.* Erfurdtius 'propter procax ingenium'.

V. 944. *πετρώδει — ἐν δεσμῷ*] In antro montis Pangaei. Vide Apollod. III 5 *Ἠδωνοὶ δὲ — εἰς τὸ Παγγαῖον αὐτὸν ἀπαγαγόντες ὄρος ἔδησαν.*

V. 945 sq. *οὕτω — μένος*] Sententiâ generalis est sensusque hic: 'ita (i. e. istiusmodi poena) destillat insaniae calamitosus et vegetus cruor' i. e. 'ita vis insaniae inanis infringitur'. Insolentia enim comparatur cum tumore ulceris quod cum ad summum vigorem (*ἄνθος, ἀκμήν*) effloruit, rupti eius sanies destillat. Scholiasta: *ἀνθηρὸν δέ, τὸ ἀκμαῖον καὶ ἀνθοῦν ἐν κακοῖς.* Confert Musgravius Trach. 1000 *τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι.* Ibid. 1089 *ἤνθηκεν* (sc. *νόσος*), *ἐξώρμηκεν.* Sunt qui cum neglegant *ἀνθηρόν* sententiae non modo aptum, sed etiam necessarium esse, id mutent. De nomine *μένος* denique cfr. Ai. 1412 *ἔτι γὰρ θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος*, Aesch. Ag. 1067 *αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος.*

V. 946 sq. *κεῖνος — γλώσσαις*] Recte scholiasta *ἐπέγνω τὸν θεὸν* coniunxit, cuius haec verba sunt: *τὸ ἑξῆς, κεῖνος ἐπέγνω τὸν θεὸν κερτομίοις γλώσσης μανίαις ψαύων.* Sensus est: ille cognovit deum, cum eum pro insania sua acerbis dictis laederet. HERM.

V. 948. Schol.: *ἐνθέους τὰς θεολήπτους Βάκχας. εὔιόν τε πῦρ· τὸ ὑπὸ τῶν Βακχῶν αἰρόμενον ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς δᾳδουχίαις.* Neuius confert Eur. Bacch. 238, 608, 791 *τελετὰς εὐΐους, εὐΐου βακχεύματος, εὐΐων ὀρῶν.*

V. 950. De Musis Bacchi comitibus conferri Neuius iubet Creuzer. Symb. T. III p. 181.

Digitized by Google

(στροφὴ β'.)

πὰρ δὲ Κυανέων σπιλάδων διδύμας ἁλὸς
ἀκταὶ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ Θρῃκῶν ἄξενος
Σαλμυδησσός, ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης

V. 951—968. πὰρ δὲ — ἔσχον, ὦ παῖ] Non dubium, mihi videtur, quin sensus hic sit: 'Ne Cleopatra quidem fato resistere potuit, quanquam e dis orta fuit, sed in carcerem conclusa est; cuius calamitatem deplorantes filii misere tabescebant, a noverca etiam occaecati'. Fecit enim poeta, quod saepe eum fecisse supra ad v. 155 sqq. monitum est, ut extremo loco poneret id, quod primarium fuit, praepositis iis, quae ad rem ipsam, de qua potissimum agitur, non necessario pertinebant. Nam quae Phinidis commemoravit exornandae orationis causa adiecta sunt. Fabula autem, quam tetigit, haec fere fuisse statuenda est: Phineus, rex Salmydessi Thracii, uxorem duxit Cleopatram, filiam Boreae et Orithyiae, ex qua duos genuit filios, Plexippum et Pandionem vulgo appellatos. Repudiata autem Cleopatra et in custodiam condita duxit Idaeam, filiam Dardani, regis Scytharum, quae privignos suos vim sibi inferre voluisse apud Phineum criminata perfecit, ut oculis illos privare per eum sibi liceret. Vide prae ceteris Diodorum Sic. IV c. 43. 44, qui pluribus de ista fabula exposuit. Paucis de ea egit Apollodorus III 15, 3, ex qua sua hausit scholiasta ad huius fab. v. 980, admiscens nonnulla, de quibus Sophocles non cogitavit.

V. 951 sqq. πὰρ δὲ hic et v. 960 κὰδ δὲ ex mea coniectura scripsi. Libri παρὰ δὲ et κατὰ δέ. Vide quae ad h. l. in conspectu metrorum huic fab. addito exposui. Σπιλάδων egregie restituit Wieselerus pro eis quae sunt in libris πελαγίων πετρῶν, in quibus πετρῶν ex interpretatione nominis σπιλάδων ortum esse videtur. Cfr. Hesych. σπιλάδες· αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι. Neque ἁλὸς certum est. Et attributum διδύμας et metrum requisiverit πέτρας pro ἁλός, ut cum πετρῶν in textum irrepsisset, πέτρας in ἁλὸς correctum esse putandum sit. Eur. Med. 432 διδύμας ὁρίσασα Πόντου πέτρας.

Ibid. πὰρ δὲ — ἵν'] 'Est locus — ubi'. Cfr. Trach. 237. 752. Eur. Hipp. 121. Hel. 179. Ovid. Met. I 568. II 195. III 155. 407. V 385. WEX. Itaque hoc dicit poeta: 'est apud Bosporum Thracium Salmydessus, ubi' etc.

Ibid. πὰρ δὲ — ἁλός] De παρὰ praepositione cum genetivo iuncta, pro quo dativum exspectaveris, cfr. 1123 et Matth. § 588 a. De Cyaneis petris sive Symplegadibus cfr. Eur. Med. 1263 κυανεᾶν Συμπληγάδων πετρᾶν ἀξενωτάταν εἰσβολάν, Mela II 7, 19 *contra Thracium Bosporum duae parvae (insulae), parvoque distantes spatio et aliquando creditae dictaeque concurrere, et Cyaneae vocantur et Symplegades.* Plura vide apud Schirlitz. Handb. der alten Geogr. p. 241 sq. Postremo διδύμη ἅλς, si sana est scriptura librorum, ostium Ponti Euxini vocatur momente scholiasta διὰ τὸ διαχωρίζεσθαι ὑπ' αὐτῶν τὴν θάλασσαν. Cfr. Eustathius ad Dionys. Perieg. 148 et ipse Dionys. 156 ἐκ τοῦ δ' ἂν καὶ πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα.

V. 952. ὁ Θρῃκῶν — Σαλμυδησσός] Schol. ad Apoll. Rh. II 177 ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται τὸν Φινέα περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν κατοικῆσαι. Ὁ δὲ Σαλμυδησσὸς ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ἐστὶ κατὰ τὰ ἀριστερὰ εἰσπλέοντι τὸν Πόντον. Recte Cellarius Ge. Ant. T. I p. 1077 'Et urbis et sinus et litoris commune nomen fuit; urbe excisa litori et sinui nomen apud scriptores posterioris aevi mansit.' Ἄξενος ex Boeckhii coniectura addidi. Cfr. Aesch. Prom. 726 τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν.

V. 954. Schol.: ἵν' ἀγχίπολις

διssοῖσι Φινεΐδαις εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος
ἀραχθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος
ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις
ἄτερθ' ἐγχέων ὑφ' αἱματηραῖς
χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσιν·

(ἀντιστροφὴ β'.)

κὰδ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν
κλαῖον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν·
ἃ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων ⟨ἐξ⟩

Ἄρης· παρὰ γὰρ Θραξὶ τιμᾶται ὁ Ἄρης, ὡς ὁ ποιητής (Il. ν 301)· *τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον.* Cfr. ad v. 941. Mars autem vidisse dicitur illud scelus, quia ubicunque caedes fit et sanguis hominum hauritur, Martis habetur negotium. Cfr. Aesch. Sept. 244 *τούτῳ γὰρ Ἄρης βόσκεται φόνῳ βροτῶν.*

V. 955—957. *διssοῖσι — κύκλοις*] Uterque dativus et *διss. Φινεΐδαις* et *ἀλαστ. ὀμμ. κύκλοις* aptus est e verbo *ἀραχθέν*. Cfr. Matth. § 389 h. Krueg. II § 48, 12, 4. — *Ἀραχθὲν* scripsi pro *τυφλωθέν*, de quo plura disputavi in Censura Aiac. ab Lobeck. ed. p. 64 sqq. Cfr. adnot. ad v. 958. De locutione *ἕλκος ἀράσσειν τινὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς* dixi ibidem. Additum adiectivum *ἀλαὸν* coniunctumque poetice cum substantivo *ἕλκος*, ita ut sensus sit, *ὥστε ἀλαοὺς* sc. *τοὺς ὀφθαλμοὺς γενέσθαι.*

V. 956. *ἐξ ἀγρίας δάμαρτος*] Non pugnare secum Sophocles iudicandus est, quo auctore Schol. Apoll. Rh. II 178 sqq. ab ipso patre propter novercam Phinidas occaecatos tradit. Adde Diodor. IV 43. 44. Apollod. III 15, 3. Valck. Diatr. c. XIII p. 196. Recte enim Phineus oculis privasse filios suos dici poterat, cum occaecari eos a noverca passus esset.

V. 957. Schol.: *τοῖς ἄλαστα πεπονθόσιν, ἢ τοῖς δυστυχέσι κύκλοις τῶν ὀμμάτων.* De significatu adiectivi *ἀλάστορος* vide ad O. C. 788. Welckerus: '*ἀλάστορος* bedeutet hier ungefähr so viel als racheschreiend. In den blutigen Augen der unschuldigen Kinder verkündigen sich sofort Rachegeister; diese Wunden sind als Wahrzeichen der Rache eingegraben, welche der That bevorsteht.'

V. 958. *ἄτερθ' ἐγχέων* ex Hermanni coniectura scripsi. Libri *ἀραχθὲν ἐγχέων*. Putandum igitur, cum in v. 956 *τυφλωθὲν* ex interpretatione in textum venisset, *ἀραχθὲν* cessisse et locum vocabuli *ἄτερθ'* occupasse. Ei qui in illo versu *τυφλωθὲν* relinquunt, hic de Lachmanni coniectura *ἀραχθὲν ἐγχέων* mutant in *ἀραχθέντων*. — *ὑφ' αἱματηραῖς* etc.] Vide de hoc *ὑπὸ* praepositionis usu poetico Matth. § 395 not. Krueg. II § 68, 44 not.

V. 960 sq. Schol.: *ἀνύμφευτον γονάν· κακόνυμφον γονήν· ὅτι ἐπὶ κακῷ νυμφευθεῖσα δυστυχεῖς αὐτοὺς ἔτεκεν.* Hoc dicit poeta: 'et tabescentes miseri miseram sortem suam deplorabant, ex infausto matris conubio nati'. De locutione *γονὴν ἔχειν μητρὸς* vide O. C. 972 *ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός, οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦ.*

V. 962 sqq. Post *ἀρχαιογόνων* metri causa *ἐξ* quam *ἀπ'* addere malui et in v. proximo pro *ἄντασ'*, quod nisi artificiose interpretari non possis, scripsi *ἄρτασ'*. Cfr. Eur. Med. 564 *ξυναρτήσας γένος*. Verbum *ἤρτησε* etiam schol. legisse videtur, cum habeat *κῆδος συνῆψε*. Atque illud ipsum, quod nunc demum hoc verbo restituto

Digitized by Google

ἄρτασ' Ἐρεχθεϊδᾶν, τηλεπόροις δ' ἐν ἄντροις
τράφη θυέλλαισιν ἐν πατρῴαις
Βορεὰς ἅμιππος ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου
θεῶν παῖς· ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνᾳ
Μοῖραι μακραίωνες ἔσχον, ὦ παῖ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Θήβης ἄνακτες, ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν
δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε. τοῖς τυφλοῖσι γὰρ
αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει.
ΚΡ. τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιὲ Τειρεσία, νέον;
ΤΕΙ. ἐγὼ διδάξω, καὶ σὺ τῷ μάντει πιθοῦ.
ΚΡ. οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός.
ΤΕΙ. τοιγὰρ δι' ὀρθῆς τήνδ' ἐναυκλήρεις πόλιν.
ΚΡ. ἔχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα.

supplementum versus antecedentis inveniri potest, quod adhuc frustra quaesitum est, coniecturam nostram comprobaverit. Habet autem schol. haec: *Βορέας κῆδος συνῆψε τοῖς Ἀθηναίοις ἁρπάσας Ὠρείθυιαν τὴν Ἐρεχθέως, ἐξ ἧς ἔσχε Ζήτην καὶ Κάλαϊν* (*πτερωτοὺς* addit Apollod. III 15) *καὶ Κλεοπάτραν*. Cetera quae addit scholiasta narravi ad 951—968. Illud adicio, ab Ilisso fluvio vel, ut alii tradunt, ex proximis petris abreptam dici Orithyiam. Vide qui pluribus de fabula illa disputavit Platon. Phaedr. p. 229.

V. 966. Schol.: *ἅμιππος· ταχεῖα, ἴσον ἵππῳ δυναμένη τρέχειν. πάγου· ὑψηλοῦ ὄρους καὶ ἀκρωρείας.* De *Βορεάς*, 'filia Boreae', vide Matth. § 101.

V. 967. *θεῶν παῖς*] 'Deorum progenies'. Nam et Boreas pro deo habebatur et Erechtheus, Orithyiae pater, inter deos relatus putabatur. Cic. de N. D. III 19, 50 *Erechtheus Athenis filiaeque eius in numero deorum sunt.*

Ibid. Intellegendam eam Cleopatrae calamitatem esse, quod repudiata a Phineo et in carcerem coniecta fuerit, iam supra monui.

V. 968. Schol.: *μακραίωνες· ἀθάνατοι καὶ πολυχρόνιοι. Ἔσχον δὲ ἐπέσχον, ἐπετέθησαν, ἐπεβάρησαν.* De locutione *ἐπί τινι* vide Passov. Lex. v. *ἔχω* B. 2. b.

V. 969. Schol.: *Θήβης ἄνακτες· καὶ νῦν ἄνακτάς φησι τοὺς ἀπὸ τοῦ χοροῦ ἐντίμους.* Vide ad 927.

V. 971. *ἐκ προηγητοῦ*] Haec verba per *ἐπεξήγησιν* addita praegressum *αὕτη* explicant. ERF.

V. 974. Schol.: *οὔκουν πάρος γε· οἷον οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τῆς σῆς κατωλιγώρουν μαντείας.*

V. 975. *δι' ὀρθῆς*] Cfr. Matth. § 580 g. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 43. Krueg. I § 43, 3, 3. Supplere solent *ὁδοῦ*. Videtur potius ex verbo *ναυκληρεῖν* supplendum esse *ναυκληρίας*. Cfr. Aesch. Ag. 219 *φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν* scil. *πνοήν*, alia id genus. *Τήνδ' ἐναυκλήρεις* pro *τήνδε ναυκληρεῖς* scripsit Valcken. ad Eur. Phoen. p. 321.

V. 976. *ἔχω — ὀνήσιμα*] Referendum hoc ad servatam urbem, postquam filius Creontis, quem Megareum Sophocles, alii Menoeceum vocant, se pro patria devoverat. Eo spectant etiam quae infra v. 1162 dicuntur. HERM. Cfr. praeterea v. 1058. Eur. Phoen. 913 sqq. Verba coniunge hunc in modum: *πεπονθὼς ὀνήσιμα, μαρτυρεῖν ἔχω* (*πεπονθέναι ὀνήσιμα*).

Digitized by Google

ΤΕΙ. φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.
ΚΡ. τί δ' ἔστιν; ὡς ἐγὼ τὸ σὸν φρίσσω στόμα.
ΤΕΙ. γνώσει τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων.
ἐς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον
ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν,
ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ
κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ,
καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς
ἔγνων· πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν.
εὐθὺς δὲ δείσας ἐμπύρων ἐγευόμην
βωμοῖσι παμφλέκτοισιν· ἐκ δὲ θυμάτων

V. 977. *βεβὼς ἐπὶ ξυροῦ τύχης*] Locutio est proverbialis, de qua vide Passov. Lex. v. *ξυρόν*, 'in summo discrimine versari' significans. Nam *βεβὼς* idem est atque *ὤν*. Vide ad v. 67.

V. 980. *θᾶκον ὀρνιθοσκόπον*] Uno verbo *οἰωνοσκοπεῖον*. Pausan. IX 16, 1 *Θηβαίοις ἐστὶν οἰωνοσκοπεῖον Τειρεσίου καλούμενον.*

V. 981. Schol.: *λιμήν· ὅρμος καὶ ἕδρα, ὅπου πάντα τὰ ὄρνεα προσέρχονται.* 'Receptaculum'. Sic Aesch. Pers. 250, ubi vide Schuetz. Eur. Or. 1077. ERF. Acute Boeckhius suspicatur fortasse 'templi' significationem habere.

V. 983. *κλάζοντας*] Exspectaveris *κλαζόντων*. Sed vide Matth. § 434, 2 b not. Krueg. I § 58, 4.

Ibid. Schol.: *βεβαρβαρωμένῳ· ἑρμηνευθῆναι μὴ δυναμένῳ, ἀλλὰ ἀσαφεῖ.* Cum autem haec significatio nomini *οἴστρῳ* parum commode conveniat, scribendum videtur vel de Useneri coniecturâ *βεβαρβαρωμένα* vel potius *βεβαρβαρωμένως*.

V. 984. Schol.: *φοναῖς· ταῖς αἱματικαῖς.* Nemo nunc nescit substantivum esse *φοναῖς* occisionemque significare. Attende autem ad locutionem insolentiorem *χηλαῖς* (nam *ἐν χηλαῖς* pro simplici dativo instrumenti est) *σπῶντας ἀλλήλους φοναῖς*, in qua *φοναῖς σπῶντας*, 'occisione lacerantes', sic accipe: 'lacerantes ita, ut se occiderent'. Vide ad O. C. 1318 sq.

V. 985. *πτερῶν — ἦν*] Addit hoc explicaturus, quomodo illud, quod nonnisi oculis cerni poterat, ipse caecus animadverterit. WEX.

V. 986. Schol.: *ἐμπύρων ἐγευόμην· ἀντὶ τοῦ ἀπεπειρώμην τῆς διὰ πυρὸς μαντείας.* Sic alibi *γεύεσθαι* valet 'experiri, periculum facere'. Confert Brunckius Trach. 1101. Eur. Hipp. 663 *τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος* et quae ad Arist. Ran. 462 adnotata sunt.

V. 987. *παμφλέκτοισιν*] Apte comparat Neuius El. 1139 *παμφλέκτου πυρός* et 105 *παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπάς.* Significantur hic arae 'ab omni parte incensae'.

V. 987 sq. *ἐκ δὲ — οὐκ ἔλαμπεν*] In ignispiciis flammam potissimum spectabant, quomodo se per auras explicaret. Bonum omen portendebat apex flammae, si clarus et nitidus erat; malum contra si in fumum et nigredinem desinebat. Senec. Oed. 309 quaerit Tiresias: *utrumne clarus ignis et nitidus stetit, rectusque purum verticem caelo tulit et summam in auras fusus explicuit comam? an latera circum serpit incertus viae et fluctuante turbidus fumo labat?* Valer. Flacc. VIII 247 *non se pingues tum candida flamma per auras explicuit.* Contra laetus Idmon apud Apoll. Rhod. I 437 spectat *σέλας πάντοσε λαμπόμενον θυέων ἄπο.* Valer. Flacc. I 205 *protulit ut crimen densis luctatus in extis ignis et adscendit salientia*

Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ
μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο
κἄτυφε κἀνέπτυε· καὶ μετάρσιοι
χολαὶ διεσπείροντο, καὶ καταρρυεῖς
μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.
τοιαῦτα παιδὸς τοῦδ' ἐμάνθανον πάρα
φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα.

viscera tauri. Haec et alia protulit Valck. ad Eur. Phoen. 1261. Adde Musgr. ad eand. fab. 1291.

V. 988 sq. *ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ — ἐτήκετο*] *Κηκὶς μηρίων* est id quod *τὰ μηρία* igni admota exsudabant sive quod ex illis *μηρίοις* igni admotis bulliebat. Quod cum flammam concipere deberet, si sacrificia faustum omen portendissent, ardensque ossa comprehendere, potius liquescens (*μυδῶσα*) in cinere absumebatur, ita ut ossa non concremarentur, quod in sacrificiis faustis fieri debebat, sed liquefacto consumptoque adipe denudata iacerent. Significantur autem hic nomine *μηρίον* ossa femorum, quae ad sacrificandum exsecabantur, adipe involuta, quibus fel superimpositum fuit. Vide qui pluribus de ossium sacrificatione egit Voss. Epist. Mythol. T. II p. 354—377 ed. sec. et qui secutus eum est Passov. Lex. Gr. v. *μηρίον*. Nonnullis in rebus ab eo dissensit Schneider. Lex. Gr. sub eadem voce. Conferatur etiam Nitzsch. ad Hom. Odyss. III, 456.

V. 990. Schol.: *κἄτυφε· καὶ ἔτυφε. τύφειν ἐστὶ τὸ ἠρέμα ὑποσμύχειν. Ἀνέπτυε δέ, ἀνέβαλλε τὰ μηρία ἐκ τοῦ λίπους.* Falsa verbi *ἀνέπτυε* interpretatio est. Hoc dicit, bullivisse adipem et cum crepitu ferventem particulas eiecisse. HERM.

V. 990 sq. *καὶ — διεσπείροντο*] Non igne consumptum fel, quod fieri in faustis sacrificiis oportebat, sed aestu diruptum est ac dispersum. Nam fel etiam, superimpositum *τοῖς μηρίοις*, qualia modo descripsi, cremari solitum esse, exemplis nonnullis ostendit Vossius l. l. p. 370 sq.

V. 991 sq. *καὶ — πιμελῆς*] *Μηροὶ* non 'femora' hic sunt, sed 'ossa femorum', ad sacrificandum exsecta, vulgo *μηρία* sive *μῆρα* dicta. Sic etiam Pausanias I, 24, 2 *θύσας δὲ αὐτὸν* (sc. ὁ *Φρίξος τὸν κριὸν*) *τοὺς μηροὺς κατὰ νόμον ἐκτεμὼν τῶν Ἑλλήνων ἐς αὐτοὺς καιομένους ὁρᾷ.* Adiectivum *καλυπτῆς* etsi cum aliis Matth. § 220, 2 active dictum putat, tamen recte Boeckhius retinere significatum passivum monet, ut sit *πιμελὴ καλυπτὴ* 'adeps circumdatus'. Dicunt enim Graeci non solum *καλύπτειν τινά*, sed etiam *καλύπτειν τί τινι*, 'circumdare aliquid alicui'. De nomine *καταρρυεῖς* monuit Boeckhius: „Die *μηροὶ* heissen nicht *καταρρυεῖς*, weil sie herabgegossen waren aus dem Haufen, sondern weil die Fettumwickelung von ihnen herabgeflossen ist.“ Addit omnia, de quibus aut in quibus aut ex quibus quid fluat, vetere loquendi genere ipsa dici fluere, velut *culter manat cruore, plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo* Ter. Eun. I 2, 25. Genetivus *πιμελῆς* aptus est ex verbo *ἐξέκειντο*.

V. 993 sq. *τοιαῦτα — μαντεύματα*] Hoc dicit: *τοιαῦτα ὁ παῖς ἔλεγε τὰ τῶν ἐμπύρων μαντεύματα εἶναι, δηλονότι φθίνειν ἀσήμων τῶν ἐμπύρων ὄντων.* *Ὄργια* de sacrificiis dicta sunt etiam Trach. 765. Aesch. Spt. c. Th. 180 *φιλοθύτων ὀργίων*. Ceterum, cum *ἄσημα τὰ ἔμπυρά ἐστι* non significet 'incerta' vel 'obscura', sed 'infausta' fuisse ignispicia, cuiusmodi habita a Tiresia esse cum ex toto loco, tum e v. 996 sqq. apparet, quivis sua sponte intelleget locutionem *τὰ*

Digitized by Google

ἐμοὶ γὰρ οὗτος ἡγεμών, ἄλλοις δ' ἐγώ.
καὶ ταῦτα τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις.
βωμοὶ γὰρ ἡμῖν ἐσχάραι τε παντελεῖς
πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς
τοῦ δυσμόρου πεπτῶτος Οἰδίπου γόνου.
κᾆτ' οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι
θεοὶ παρ' ἡμῶν, οὐδὲ μηρίων φλόγα,
οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀπορροιβδεῖ βοάς,
ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.
ταῦτ' οὖν, τέκνον, φρόνησον. ἀνθρώποισι γὰρ
τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἀνὴρ
ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
πεσὼν ἀκῆται μηδ' ἀκίνητος πέλῃ.

μαντεύματα φθίνει, quae mihi quidem ex ipsa sacrorum ratione deprompta videtur, in quibus quod emicare et apparere debebat, flammam dico, evanuerit, non ita accipiendam esse, ut nihil divinationis capi e sacris potuerit, sed sic, ut malum omen vaticinata sint sacra. Cum hac locutione *φθίνει τὰ μαντεύματα* comparanda sollemnis significatio infaustorum sacrorum *ἱερὰ οὐ γίγνεται*, quam habes Xenoph. Anab. VI 4, 13 sqq. aliis locis. Atque v. 1002 ipso verbo *ἀπορροιβδεῖν* indicantur *βοαὶ οὐκ εὔσημοι* sive *βοαὶ ἄσημοι*, quia strepentium avium voces certae i. e. faustae non dignoscuntur.

V. 996. *ταῦτα — νοσεῖ*] Id est *ταύτην τὴν νόσον νοσεῖ*. Vid. ad O. R. 264 sq.

V. 997. Schol.: *ἐσχάραι· αἱ ἑστίαι. παντελεῖς· αἱ τὰ τέλεια τῶν ἱερείων δεχόμεναι· ἢ ὅλαι· ἢ δι' ὧν πάντα τελειοῦται.* Erfurdtius cum Brunckio vertit *παντελεῖς* 'omnes'; rectius tribuit Musgravius nomini vim 'sanctissimae', ducto a v. *τέλη* i. e. 'caerimoniae'. Sic infra v. 1163 *παντελὴς* in *παντελῆ μοναρχία* significat 'summam imperii' atque ducitur ab ea vocabuli *τέλος* vi quae ex locutione *οἱ ἐν τέλει* cognoscitur. De duplici nomine *τέλος* cfr. G. Curtii Etymol. p. 220 ed. quart.

V. 998. Schol.: *πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς· ἀντὶ τοῦ οἱ κύνες καὶ οἱ ὄρνιθες διασπάσαντες τὸ τοῦ Πολυνείκους σῶμα ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐκόμισαν, καὶ οὕτως ἐμόλυναν ἅπαντας.*

V. 1000. Schol.: *θυστάδας λιτάς· τὰς διὰ θυσιῶν γινομένας λιτάς.* Adscripsit Musgravius Aesch. Spt. c. Th. 269 *θυστάδος βοῆς*.

V. 1002. *ὄρνις*] Correpta syllaba ultima etiam El. 149; de locutione *ἀπορροιβδεῖν βοὰς* vide Censuram nostram Aiac. ab Lobeck. edit. p. 59 sqq.

V. 1003. *ἀνδροφθόρου* etc.] *Αἵματος ἀνδρ.* idem est atque *αἵματος ἀνδρὸς φθαρέντος*. Cfr. Eur. fr. 268 *σκῦλα βροτοφθόρα*, Herc. 1201 *αἷμα παιδοφόνον*, Iph. A. 384 *βροτοκτόνοι θυσίαι*, Or. 1649 *αἵματος μητροκτόνου*, Cycl. 127 *βορᾷ ἀνθρωποκτόνῳ*, Matth. § 446 not. 3 c. Schol.: *βεβρῶτες· ἀπὸ τοῦ ἑνικοῦ ἐπὶ τὸ πληθυντικὸν μετέβη.* Cfr. Krueg. I § 58, 4, 1.

V. 1006. *ἐπεὶ — ἁμάρτῃ*] De coniunctivo ex *ἐπεὶ* apto cfr. Krueg. I § 54, 17, 3.

V. 1007. *ἄνολβος*] 'Infelix, miser.' Sic 1265. Ai. 1156.

V. 1008. *ἀκῆται* ipse scripsi.

Digitized by Google

αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.
ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα
κέντει. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;
εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω· τὸ μανθάνειν δ'
ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγοι.
ΚΡ. ὦ πρέσβυ, πάντες, ὥστε τοξόται σκοποῦ,
τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε, κοὐδὲ μαντικῆς
ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι, τῶν δ' ὑπαὶ γένους
ἐξημπόλημαι κἀμπεφόρτισμαι πάλαι.
κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τἀπὸ Σάρδεων
ἤλεκτρον, εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν Ἰνδικὸν

Libri ἀκεῖται. Tum restitui quod in plerisque codd. exstat πέλῃ, pro quo recentiores editores omnes πέλει scripserunt. At fert ita consuetudo Graecorum, ut in membris relativis sententiarum generalium coniunctivo utantur.

V. 1010. Quid sibi velit εἶκε τῷ θανόντι, vix perspici potest. Scribendum εἶκε νουθετοῦντι. Nauckius τῷ φρενοῦντι, Heimsoethius τῷ δέοντι coniecit, quorum illud minus probabile, hoc minus aptum est.

V. 1011. Schol.: τίς ἀλκή· καὶ Ὅμηρος (Il. ω 54)· κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων. Ubi scholiasta: ἀντὶ τοῦ ἀναίσθητον σῶμα ὑβρίζει. Vide ad Philoct. 946 et Dorvill. ad Charit. p. 252. De locutione τίς ἀλκὴ — ἐπικτανεῖν confer 753.

V. 1012. τὸ μανθάνειν δ'] De apostropho in fine trimetri vide Herm. Elem. D. M. p. 36. Praeterea cfr. v. 723.

V. 1013. λέγοι ex La restitui. De optativo cfr. supra ad v. 660 ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε. De locutione κέρδος λέγειν vide huius fab. 1326 κέρδη παραινεῖς.

V. 1015. Schol.: ἀνδρὸς τοῦδε· ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ.

V. 1015 sq. κοὐδὲ — εἰμι] Poeta, quod proprie diceretur κοὐδὲ μαντικὴ ἄπρακτος ὑμῖν ἐστι κατ' ἐμοῦ, invertit dixitque: 'et ne a vaticiniis quidem intentatus vobis sum'. HERM. De locutione ἄπρακτος μαντικῆς cfr. ad v. 838 φίλων ἄκλαυτος.

V. 1016. τῶν δ' — πάλαι] Explicant nonnulli editores: ὑπὸ δὲ τῶν γένους, ita ut οἱ γένους valeat οἱ ἐγγενεῖς, coll. v. 289. At hoc a ratione grammatica laborat. Referendum potius τῶν δὲ ad nomen quod ex μαντικῆς sumitur, quasi praecesserint verba κοὐδ' ἐκ μάντεων ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι. Cfr. infra v. 1137 τὰν post Θηβαΐας. Forma ὑπαί epica invenitur apud Sophoclem etiam El. 711 et restituta est a Brunckio ib. 1419. De usu nominis γένος cfr. v. 1055 τὸ μαντικὸν γένος.

V. 1017. Scholiasta qui habet: πεπραγμάτευμαι, προδέδομαι, φόρτος γεγένημαι. 'ἐποιήσαντό με φόρτον.' Καλλίμαχος legit κἀμπεφόρτισμαι, quod ex La reduxi. Ceteri libri κἀκπεφόρτισμαι, ut in La manus antiquior literae μ superscripsit κ. Verbis ἐξεμπολᾶσθαι, ἐμφορτίζεσθαι coniunctis depingitur sententia 'venalem me habent'. Cfr. Philoct. 978 πέπραμαι κἀπόλωλα.

V. 1018 sq. Ex scriptura cod. La τα (ὀν m. pr. superscripsit) προσάρδεων Blaydesius et Nauckius restituerunt τἀπὸ Σάρδεων. Ceteri libri et Eustathius habent τὸν πρὸς Σάρδεων. Sophoclis aetate videtur τὸ ἤλεκτρον, non ὁ ἤλεκτρος dici solitum esse. Schol.: τὸ — ἤλεκτρον· Σάρδις, πόλις Λυδίας, παρακειμένη τῷ χρυσοφόρῳ Πακτωλῷ. Eustathius ad Odyss. p. 1483, 27 (p. 150, 18) Σοφοκλῆς μέντοι ἐτόλμησε καὶ αὐτὸν τὸν χρυσὸν ἤλεκτρον εἰ-

χρυσόν· τάφῳ δ' ἐκεῖνον οὐχὶ κρύψετε,
οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν
φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους,
οὐδ' ὧς μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ
θάπτειν παρήσω κεῖνον. εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει.
πίπτουσι δ', ὦ γεραιὲ Τειρεσία, βροτῶν
χοἱ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἴσχρ', ὅταν λόγους
αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν.
ΤΕΙ. *φεῦ·*
ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις, ἆρα φράζεται,
ΚΡ. *τί χρῆμα; ποῖον τοῦτο πάγκοινον λέγεις;*
ΤΕΙ. *ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία;*
ΚΡ. *ὅσῳπερ, οἶμαι, μὴ φρονεῖν πλείστη βλάβη.*
ΤΕΙ. *ταύτης σὺ μέντοι τῆς νόσου πλήρης ἔφυς.*
ΚΡ. *οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς.*
ΤΕΙ. *καὶ μὴν λέγεις, ψευδῆ με θεσπίζειν λέγων.*
ΚΡ. *τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.*
ΤΕΙ. *τὸ δ' ἐκ τυράννων αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ.*

κεῖν ἐν τῷ· κερδαίνετ' — ἤλεκτρον. Plinius de auro agens H. N. 33, 23 *ubicunque quinta argenti portio est, electrum vocatur.* Vide Buttm. Mythol. T. II p. 387 sqq.

V. 1022. Cum post *οἱ Ζηνὸς* satis molestum sit *ἐς Διός*, videntur quae commutari solent *Δῖος*, *Διός* commutata eorumque verborum quae in Sophocleae aetatis literatura scribebantur *ΔΙΟΣ* non id quod poeta voluerat *Δίους* positum esse.

V. 1023. *οὐδ' ὧς* etc.] Recte Neuius coniungendas esse monuit particulas *οὐδ' ὧς μή*. De particulis *οὐ μὴ* cum coniunctivo aor. coniunctis cfr. ad O. C. 408, Krueg. I § 53, 7, 6. Minus commodus est usus indicativi fut. apud Atticos poetas, defenditur tamen quodam modo his locis non omnino certis El. 1052, Aristoph. Ran. 508 (Soph. O. C. 177, Phil. 611, Eur. Phoen. 1590). Hoc loco coniecit Blaydesius *παρῶ τῳ* pro *παρήσω*. Possis scribere *οὐδ' ὧς, μίασμα μὴ τόδ' ἦ τρέσας, ἐγὼ κτἑ.*

V. 1027. *οἱ πολλὰ δεινοί*] Simillime Philoct. 254 *ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρός*, ad quem locum vide quae adnotavimus.

V. 1027 sq. *ὅταν — χάριν*] De sententia confer O. C. 774 *σκληρὰ μαλθακῶς λέγων*. Eur. Hippol. 505 *τἀσχρὰ δ' ἢν λέγῃς καλῶς*.

V. 1030. Schol.: *ποῖον τοῦτο πάγκοινον· τῷ βίῳ κοινόν, ἐπεὶ εἶπεν 'ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις', καὶ καθόλου ἔλαβε, πᾶσι κοινὸν καὶ φανερόν.* Hoc rectius illo. Pertinet enim *πάγκοινον* ad universe dictum *ἀνθρώπων τις*.

V. 1034. *τὸν μάντιν*] I. e. 'eum, qui vates est'. Cfr. Krueg. I § 50, 3.

V. 1036. *τὸ μαντικὸν — γένος*] Eurip. Iph. A. 520 *τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον κακόν.* Plurimos homines tum arte vaticinandi quaestum fecisse, multis testimoniis cognitum habemus. Cfr. Aristoph. Av. 959—991. Pac. 1045 sqq. Plato de Rep. p. 364 B. C. Isocrat. Aeginet. §. 5. 6. 7.

V. 1037. *τὸ δ' ἐκ τυράννων*] I. e. *οἱ τύραννοι*. Vide ad 193. De sententia adscripsit Neuius Ai. 1350 *τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν*

Digitized by Google

ΚΡ. ἆρ' οἶσθα ταγοὺς ὄντας ἂν λέγῃς λέγων;
ΤΕΙ. οἶδ'· ἐξ ἐμοῦ γὰρ τήνδ' ἔχεις σώσας πόλιν.
ΚΡ. σοφὸς σὺ μάντις, ἀλλὰ τἀδικεῖν φιλῶν.
ΤΕΙ. ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι.
ΚΡ. κίνει, μόνον δὲ μὴ 'πὶ κέρδεσιν λέγων.
ΤΕΙ. οὕτω γὰρ ἤδη καὶ δοκῶ τὸ σὸν μέρος.
ΚΡ. ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα.
ΤΕΙ. ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι
τροχοὺς ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελῶν,
ἐν οἷσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα
νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει·

οὐ ῥᾴδιον, addens: pervulgatum est dictum *ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.*

V. 1038. *ταγοὺς — λέγων*] De duplici accusativo vide Krueg. I § 46, 12; de plurali ad huius fab. v. 10.

V. 1039. *ἐξ ἐμοῦ — πόλιν*] 'Mea enim opera salvam hanc urbem tenes.' Cfr. 994 sq. 1162.

V. 1041. *τἀκίνητα*] Cfr. O. C. 624 *οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ' ἔπη.* 1526 *ἃ δ' ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ.* Scholiasta: *τὰ ἄρρητά με δημοσιεύειν ἀνακινεῖς.*

V. 1043. *οὕτω — μέρος*] Schol.: *οὕτω νομίζεις, ὅτι ἐπὶ κέρδεσι λέγω;* Sed hoc solum ex Creonte non poterat quaerere Tiresias, qui dudum sciret se videri illi sui lucri causa loqui. Ex Boeckhii sententia Tiresias dicit: 'eone consilio iam tibi videor loqui, a te ut lucri quid auferam?' i. e. 'a te profecto nihil lucri exspecto; statim enim intelleges minime me gratiam tuam sectari'; ex Schneidewini interpretatione haec: 'Sane iam mihi videor nihil quod ad te attinet lucri facturus esse' i. e. 'a te nullam gratiam inibo aperiendo ea quae in animo clausa habeo'. At verbis *τὸ σὸν μέρος* invidiose vertitur *τὸ μὴ ἐπὶ κέρδεσιν λέγειν* ita ad regem, quasi dicat: *καὶ δὴ δοκῶ οὐκ ἐπὶ κέρδεσιν λέξειν, σοῖς δὲ* (*οὐκ ἐμοῖς*). Respondet igitur vates: 'iam mihi videor hoc facturus quod flagitas *μὴ ἐπὶ κέρδεσιν λέγειν*, ita tamen ut non mea, sed tua *κέρδη* intellegantur. Nam ad lucrum (tuum) oratio mea non attinebit'. De verbis *τὸ σὸν μέρος* cfr. Trachin. 1215 *κοὐ καμεῖ τοὐμὸν μέρος.*

V. 1044. *ὡς* positum est ut *γάρ* in responsione. Dicit Creon: 'Bene ad meum lucrum non spectabis, cum animum meum tibi venalem non habeam.'

V. 1045 sq. *μὴ πολλοὺς — τελῶν*] *Τροχοὶ ἁμιλλητῆρες ἡλίου*, 'certantes rotae solis', idem est atque *ἅμιλλαι τροχῶν ἡλίου*, 'certamina cursus solis', id est 'curricula cursus solis'. Cfr. Aesch. Prom. 129 *πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις.* Curriculo autem solis patet iter illud significari, quod sol conficiat a carceribus ad metam usque currens, i. e. unius diei spatium. Recte autem sic licuit vati dicere, quamvis sciret intra brevissimum tempus ea quae praedicit mala eventura esse. *Τελῶν* participium futuri esse vix opus est moneri.

V. 1047. *ἐν οἷσι*] Locutio haec, *μὴ πολλοὺς — τελῶν, ἐν οἷσι* etc., apta est orationi concitatiori et graviori, hoc significans: 'post brevissimum tempus'. Simillime O. C. 617 sq. dictum: *μυρίας ὁ μυρίος χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τ' ἰών, ἐν αἷς* etc. Electr. 1365 sq.

V. 1048. *ἀντιδοὺς ἔσει*] Sic O. R. 1146 *οὐ σιωπήσας ἔσει.* Vide ad O. R. 957.

Digitized by Google

ἀνθ᾽ ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω
ψυχήν τ᾽ ἀτίμως ἐν τάφῳ κατῴκισας,
ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ᾽ αὖ θεῶν
ἄμοιρον, ἀκτέριστον, ἀνόσιον νέκυν.
ὧν οὔτε σοὶ μέτεστιν οὔτε τοῖς ἄνω
θεοῖσιν, ἀλλ᾽ ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε.
τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι
λοχῶσιν Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσδε ληφθῆναι κακοῖς.
καὶ ταῦτ᾽ ἄθρησον εἰ κατηργυρωμένος
λέγω. φανεῖ γὰρ οὐ μακροῦ χρόνου τριβὴ
ἀνδρῶν, γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα.

V. 1049 sq. Schol.: *ἔχεις βαλών· ἀντὶ τοῦ ἔβαλες. ψυχήν· τὴν τῆς Ἀντιγόνης.* Gen. *τῶν ἄνω* partitivus est. Erfurdtius confert Aesch. Ag. 1023 *τῶν φθιμένων ἀνάγειν*, Eur. Iph. T. 1208 *σῶν τέ μοι σύμπεμπ᾽ ὀπαδῶν*, alia. Pro *κατοικίσας* ad *ἔχεις* referendo in enuntiato quod explicationi inservit consentanee *κατῴκισας* positum est neque opus ex aliquo libro concinnitatis causa *κατοικίσας* recipi vel de Bothii coniectura scribi *ψυχὴν ἀτίμως ἐν τάφῳ κατοικίσας*. Denique *ἀνθ᾽ ὧν* esse idem fere atque *διότι* notum est.

V. 1051 sq. *ἔχεις δὲ — νέκυν*] Constructio est: *ἔχεις δὲ ἐνθάδε αὖ νέκυν ἄμοιρον τῶν κάτωθεν θεῶν*, 'habes autem hic contra mortuum communione cum inferis probibitum'. De locutione *οἱ κάτωθεν θεοὶ* vide ad v. 519.

V. 1052. Schol.: *ἀνόσιον· μὴ τυχόντα τῶν ὁσίων νῦν.* Eustathius p. 29, 37 (p. 22, 41) *ἀνόσιος πάλαι ποτὲ ἐδήλου τὸν ἄταφον.*

V. 1053 sq. Schol.: *μέτεστιν· ἐξουσία δέδοται· λέγει δὲ τῶν νεκρῶν, ἐκ σοῦ δὲ βιάζονται καὶ οἱ ἄνω θεοὶ ἔχειν αὐτὸν ἄνω ἄταφον.* Certissimum est *ὧν* genus esse neutrum, quippe ad quod ipsum referendum sit, quod infeferius positum *τάδε* pronomen. Sensus ergo hic est: 'eius rei ius sive potestas (ut Polynices insepultus iaceat) neque tibi est neque dis superis, sed a te coguntur (di superi), ut in dicione sua retineant corpus Polynicis'. De locutione *τάδε βιάζομαι* vide ad v. 66, de *μέτεστί μοί τινος* ad v. 48.

V. 1055. Gen. *τούτων* aptus est a nomine *λωβητῆρες* ita ut *τούτων λωβητῆρες* sensum habeat 'horum vindices'. Schol.: *ὑστεροφθόροι· αἱ ὕστερον μέλλουσαι βλάψαι· καὶ τὸ λοχῶσι γὰρ τὴν οὐ παραχρῆμα, ἀλλὰ τὴν ἐς ὕστερον ἀψοφητὶ τιμωρίαν δηλοῖ. τὸ ἀρσενικὸν δὲ ἀντὶ τοῦ θηλυκοῦ ἔταξεν, ὡς καὶ τὸ 'σωτῆρι τύχῃ'* (O. R. 81). Erfurdtius adscripsit Aesch. Ag. 58 *ὑστερόποινον Ἐρινύν.* Confer 1103 sq.

V. 1056. *Ἅιδου — Ἐρινύες*] Intellegendas esse inferorum et superorum deorum vindices Hermannus monuit.

Ibid. Schol.: *κατηργυρωμένος. ἀργύρῳ πεισθείς.* Confert Boeckhius Pind. Pyth. XI 42 *φωνὰν ὑπάργυρον.*

V. 1057. Cfr. Aesch. Cho. 557 *ὡς ἂν δόλῳ κτείναντες .. δόλῳ .. ληφθῶσιν ἐν ταὐτῷ βρόχῳ θανόντες.* De infin. *ληφθῆναι* vide supra ad v. 63 sq. Verbis *ἐν τοῖσιν αὐτοῖς λ. κ.* intellegit vates *νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοῦναι.*

V. 1059 sq. *φανεῖ — κωκύματα*] Poetice brevis mora temporis ostensura id dicitur, quod post brevem temporis moram osten-

[ἐχθραὶ δὲ πᾶσαι συνταράσσονται πόλεις,
ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγισαν,

sum iri dicendum erat. Similiter O. C. 609. Ai. 646 sqq. et 714 dictum. Schol.: ἀνδρῶν. γυναικῶν· λείπει ὁ καί· καὶ γυναικῶν. Erfurdtius conferri iubet Kuster. ad Aristoph. Ran. 157.

V. 1061—1064. ἐχθραὶ δὲ — ἐς πόλιν] Recte Erfurdtius, cui adsentitur Hermannus, praenuntiari his versibus Epigonorum expeditionem vidit, paternis inimicitiis irritatorum. Patres enim insepulti iacuerant testibus Euripide in Supplicibus et Hygino fab. LXX. Adde Isocrat. Panegyr. § 54. 55 p. 56 ed. Bekk. Panath. § 168 sqq. Plataic. § 53. Neque unquam probari potest ea horum versuum interpretatio, quam nuper proposuit Boeckhius, qui hoc dici putavit: 'quamque urbem perturbari, in qua mortuus insepultus iaceat', ita ut Thebae ipsae calamitate illa, quam domus regia mox perpessura sit, perdi significentur. Nam ut cetera omittam, quae huic explicationi refragantur, inepte profecto Tiresias, postea quam et facinus impium, quod commiserit Creon, et poenam diram, quam continuo ob id soluturus sit, commemoravit, rursus generali usus sententia quamque urbem everti, in qua mortuus insepultus iaceat, adiecisset. Neque, ut hoc unum addam, isto sensu ἐχθραὶ adiectivum ullo pacto poni potuit. Itaque hoc equidem certum puto, praedici hic illam, quam dixi, Epigonorum expeditionem. At num Sophocles haec canere Tiresiam fecerit, iure mihi videtur dubitari posse. Vere enim Boeckhius monuit, esse in hac praedictione quae neque per se apta neque congrua cum reliquis Tiresiae dictis sint. [Recte Wunderus hos versus ut spurios uncis inclusisse videtur. Illud vero dubium quod censet epigonorum praenuntiari expeditionem, cui opinioni ipsum tempus praesens συνταράσσονται haud convenit. Videtur potius auctori horum versuum obversatus esse motus ille animorum qui Solonis aetate ἄγος Κυλώνειον secutus est. Itaque etiam ei rationi qua Wunderus verba ἐχθραὶ .. πόλεις interpretatur: 'plenae in te odio omnes excitantur urbes' i. e. 'odio te persequuntur et ad bellum excitantur omnes civitates' praeferenda videtur Hermanni interpretatio, qui ἐχθραὶ per prolepsin dictum putat et explicat ὥστε γίγνεσθαι ἐχθραί. Videndum tamen ne primo id quod iam Reiskius coniecit ἔχθρᾳ scriptum fuerit, ut sensus sit: 'inimicitiis autem moventur et tumultuantur universae civitates'.]

V. 1062. Schol.: καθήγισαν· μετὰ ἄγους ἐκόμισαν. Eadem fere explicatio Triclinii est: εἰς δὲ τὸ ὅσων μὴ λάβῃς ἔξωθεν ἐπί, ἀλλὰ πρὸς τὸ καθήγισαν, οὕτω, καθ' ὅσων ἤγισαν, ἤγουν μεμιασμένως ἔφερον. ἄγος γὰρ τὸ μύσος. Vide interpp. ad Aristoph. Plut. 681. At recte Hermannus neque alibi καθαγίζειν cum genetivo iunctum inveniri monuit, neque hic ita posse construi, cum nemo, qui haec verba audiat, non coniuncturus ὅσων σπαράγματα sit. Neque tamen nego insolenter dictum esse ὅσων σπαράγματα ita, ut Hermanno monente, cui accessit Boeckhius, sit: ὅσων ἀνδρῶν σπαράγματα, quod idem erit atque ὅσων ἀνδρῶν σώματα ἐσπάραξαν καὶ etc. Videtur potius ὅσων ita ad πόλεις referendum esse ut genetivus qui dicitur possessivus statuatur. Postremo recte, puto, Boeckhius: καθαγίζειν est, inquit, 'consecrare', et de mortuis dictum 'iusta persolvere'; qua significatione hic quoque positum magna cum acerbitate: 'in quibus laceris membris canes iusta persolvunt'. Ita Gorgias apud Longin. III 2 dixit: γῦπες ἔμψυχοι τάφοι. Similiter de vulture dictum ab Ennio (ap. Priscian. VI p. 683 ed. Putsch.): *crudeli condebat membra sepulcro*, a Lucretio V 991 *vivo sepeliri viscera busto*; eodem-

Digitized by Google

ἢ θῆρες, ἤ τις πτηνὸς οἰωνὸς φέρων
ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον ἐς πόλιν.]
τοιαῦτά σου, λυπεῖς γάρ, ὥστε τοξότης
ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμεῖ.
ὦ παῖ, σὺ δ᾽ ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους, ἵνα
τὸν θυμὸν οὗτος ἐς νεωτέρους ἀφῇ,
καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν,
τὸν νοῦν τ᾽ ἀμείνω τῶν φρενῶν, ἢ νῦν φέρει.
ΧΟ. ἁνήρ, ἄναξ, βέβηκε δεινὰ θεσπίσας.
ἐπιστάμεσθα δ᾽, ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ
τήνδ᾽ ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα,
μή πώ ποτ᾽ αὐτὸν ψεῦδος ἐς πόλιν λακεῖν.
ΚΡ. ἔγνωκα καὐτὸς καὶ ταράσσομαι φρένας·
τό τ᾽ εἰκαθεῖν γὰρ δεινόν, ἀντιστάντα δὲ
ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα.

que modo explicandum quod positum a Sophocle El. 1487 sq. *πρόθες ταφεῦσιν, ὧν τόνδ᾽ εἰκός ἐστι τυγχάνειν.*

V. 1064. Schol.: *ἑστιοῦχον*] *τὴν ἔχουσαν ἑστίαν καὶ βωμούς. ἑστιοῦχον ἐς πόλιν· ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τὴν ἑστίαν τῆς πόλεως.* Immo vero attributo *ἑστιοῦχος* significatur nomen *πόλις* sensu Atheniensium de quo vide Thuc. I 15 extr. accipiendum arcemque urbis intellegendam esse.

V. 1065 sq. Schol.: *τοιαῦτα κατὰ τῆς καρδίας σου τοξεύματα ἀφῆκα μετὰ θυμοῦ.* Recte ut videtur. De *θυμῷ* cfr. Krueg. I § 48, 15, 5. Contra Hermannus et Boeckhius iungunt *καρδίας τοξεύματα*, ita ut sint 'tela animum Creontis laedentia', dissentientes rursus inter se in explicandis verbis *σου θυμῷ*, quae Hermannus interpretatur 'propter iram tuam', Boeckhius 'in animum tuum'. Ceterum confer v. 1034.

V. 1067. *τῶν σὺ θάλπος*] Sic *ἔθαλψεν ἄτης σπασμός* Trach. 1082, *μανίαι θάλπουσι* Aesch. Prom. 878. De *τῶν* pro *ὧν* posito vide ad v. 600.

V. 1068. *ὦ παῖ, σὺ δ᾽*] De postpositis verbis *σὺ δὲ* vide Matth. § 312, 3.

V. 1071. *τὸν νοῦν — φέρει*] I. Uld. Faesi in Seebodii Misc. Crit. Vol. II part. IV p. 707 „duplex, inquit, animo poetae obversari poterat comparandi ratio, quarum neutram absolvisse putandus est: *τὸν νοῦν τ᾽ ἀμείνω τῶν φρενῶν τῶν νῦν* (*αὐτῷ οὐσῶν*) et *τὸν νοῦν τ᾽ ἀμείνω ἢ ὃν νῦν φέρει*". — At hoc si dicere voluisset Sophocles, non est dubium, quin, quae fuit eius elegantia, id quod Brunckius restituit, *ὃν νῦν φέρει* scripturus fuerit. Ac nescio equidem, an hoc ipsum restituendum sit, cum nulla scripturae vulgatae explicandae ratio mihi quidem satisfaciat.

V. 1073 sq. Schol.: *ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγώ· ἀντὶ τοῦ ἀπὸ νεότητος ἄχρι γήρως.*

V. 1075. Schol.: *λακεῖν· φθέγξασθαι.* De *ἐς πόλιν* confert Neuius 1247. El. 606. 642. O. R. 93. Pors. Adv. p. 244. 308, de *λακεῖν* Trach. 824 interpp. Aristoph. Plut. 39.

V. 1077 sq. Schol.: *τὸ μὲν ὑποχωρεῖν δεινόν, τὸ δὲ ἀντιστάντα βλαβῆναι.* Recte videtur Hermannus *ἀντιστάντα δὲ* etc. sic inter-

Digitized by Google

ΧΟ. εὐβουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως, Κρέον.
ΚΡ. τί δῆτα χρὴ δρᾶν; φράζε· πείσομαι δ' ἐγώ.
ΧΟ. ἐλθὼν κόρην μὲν ἐκ κατώρυχος στέγης
ἄνες, κτίσον δὲ τῷ προκειμένῳ τάφον.
ΚΡ. καὶ ταῦτ' ἐπαινεῖς καὶ δοκεῖς παρεικαθεῖν;
ΧΟ. ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα. συντέμνουσι γὰρ
θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.
ΚΡ. οἴμοι· μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι
τὸ δρᾶν· ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον.
ΧΟ. δρᾶ νυν τάδ' ἐλθών, μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε.
ΚΡ. ὧδ' ὡς ἔχω στείχοιμ' ἄν· ἴτ' ἴτ', ὀπάονες,
οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες, ἀξίνας χεροῖν

pretari: 'si resistam, ad id, ut hoc grave sit, accedit illud, ut magno malo iram meam percellam'. Fortasse pro ἐν δεινῷ scribendum ἐπὶ δεινῷ. De τὲ — δὲ particulis sibi oppositis vide Matth. § 626. Krueg. I § 69, 16, 6.

V. 1083. καὶ — παρεικαθεῖν] 'Et utile censes obsequi?' Eadem ratione usurpatum invenio *censere* apud Horat. epist. I 2, 9 *Antenor censet belli praecidere causas*. Verum hic usus verbi δοκεῖν haud facile exemplis comprobetur. Arridet quod Rauchensteinius scribendum esse suspicatus est δοκεῖ (i. e. δοκεῖ σοι). De καὶ in initio interrogationis posito vide ad El. 1481.

V. 1084 sq. Schol.: συντέμνουσι· συντόμως κατακόπτουσι καὶ βλάπτουσι. Immo ut ἀνύειν, ita συντέμνειν omisso nomine τὴν ὁδὸν dicitur, ita ut sit 'corripere viam, celerrime accedere'. Vide ad v. 796. Tum οἱ κακόφρονες non tam sunt qui mala meditantur quam qui non recte faciunt recteve sentiunt.

V. 1086 sq. μόλις μέν, καρδίας δ' etc.] Cfr. Eur. Phoen. 1421 μόλις μέν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἧπαρ ξίφος, Aristoph. Nub. 1363 μόλις μέν, ἀλλ' ὅμως ἠνεσχόμην, Matth. § 622, 3. De locutione ἐξίσταμαι καρδίας τὸ δρᾶν, quod idem est ac πείθομαι τὸ δρᾶν (Phil. 1252), eundem § 535 c not. 3 et § 543 not. 2. Schol.: μόγις μεθίσταμαι τῆς προτέρας γνώμης. Similiter Euripid. Iph. A. 479 καὶ τῶν παλαιῶν ἐξαφίσταμαι λόγων. Sententia ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον in memoriam vocat illud dictum Simonidis ἀνάγκᾳ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

V. 1088. μηδ' — τρέπε] Recte Brunckius: 'neve aliis committe'. Si aliis rem committit, hos ablegat, ipse manet. Itaque ἐλθών contrarium est τοῦ ἄλλοις ἐπιτρέπειν, ut idem fere significet atque αὐτός.

V. 1090. οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες] Non recte Hermannus οἱ ὄντες explicat οἱ ὄντες μοι νῦν ὀπάονες 'qui me nunc sequimini'. Nam fert ita usus linguae, ut ὢν participio cum ἀπὼν coniuncto significetur 'praesens'. Vide ad El. 305 sq. Apposite comparaverunt Plaut. Trin. II 2, 79 *comedit quod fuit quod non fuit*. Tum quod nominativus οἱ ὄντες, non vocativus positus est, non contra, sed secundum usum vulgarem factum est. Cfr. El. 634 σύ, ἡ παροῦσά μοι. Ai. 703 ὁ Δάλιος. Huius fab. 1103. Vide supra ad v. 927. Paullo insolentiora videri possunt nec tamen sunt El. 504 ὦ Πέλοπος ἁ πρόσθεν etc. Aesch. Pers. 156 μῆτερ ἡ Ξέρξου γεραιά, χαῖρε, Δαρείου γύναι. Ceterum facile apparet secures secum ferre famulos iuberi ad caedenda ligna, quibus comburendum Polynicis corpus erat.

Digitized by Google

ὁρμᾶσθ' ἑλόντες εἰς ἐπόψιον τόπον,
ἐγὼ δ', ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη,
αὐτός τ' ἔδησα καὶ παρὼν ἐκλύσομαι.
δέδοικα γάρ, μὴ τοὺς καθεστῶτας νόμους
ἄριστον ᾖ σῴζοντα τὸν βίον τελεῖν.

(στροφὴ α'.)

ΧΟ. Πολυώνυμε, Καδμείας νύμφας ἄγαλμα
καὶ Διὸς βαρυβρεμέτα
γένος, κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις Ἰταλίαν, μέδεις δὲ

V. 1091. *εἰς ἐπόψιον τόπον*] Cfr. v. 1197 *πεδίον ἐπ' ἄκρον ἔνθ' ἔκειτο νηλεὲς . . σῶμα Πολυνείκους*. Similiter hic locum designandum atque Creontis consilium et Polynicis sepeliendi et Antigonae e vinculis liberandae aperiendum fuisse ratus Hermannus huic et proximo versui signa lacunae interposuit. At neque negotium, cum Creon ipse eat, haec mandata requirit, neque ei qui spectant de consilio Creontis errare possunt. Itaque commode fecisse videtur poeta et apte ad animos spectantium tenendos, quod cetera narrationi nuntii accuratae reservavit. — Pro *τόπον* coniecit Rauchensteinius *πέδον*.

V. 1092 sq. *ἐγὼ δ' — ἐκλύσομαι*] 'Ego vero, quoniam huc animus meus inclinavit, ipse illuc vobiscum profectus quod impedivi expediam, i. e. quod peccavi corrigam'. Hoc enim sensu metaphorico (cfr. v. 40 cum nota) dicta verba esse *αὐτός — ἐκλύσομαι*, vel ex eo apparet, quod si proprio sensu acceperis, ut cetera incommoda omittam, Creon tantum Antigonam e specu se dimissurum esse dicit. Atqui Polynici etiam, ut fecit, iusta se facturum esse ostendere hic necessario debebat.

V. 1096—1133. Chorus iam in spem adductus turbas bene compositum iri Bacchum Thebarum praesidem ac deum tutelarem implorat ut omnia sanet et expurget civitatique tranquillitatem et serenitatem reddat.

V. 1096. Schol.: *πολυώνυμε· ὦ Διόνυσε· οἱ μὲν γὰρ Βάκχον, οἱ δὲ Ἴακχον, οἱ δὲ Λύαιον, οἱ δὲ Εὔιον, οἱ δὲ Διθύραμβον καλοῦσιν*. Cfr. Spanhem. ad Callim. in Apoll. 70. Quoniam autem qui deus plurima nomina habebat, is a plurimis mortalibus coli et invocari solebat, *πολυώνυμος* idem valet atque 'multum celebratus, cultus, invocatus'.

Ibid. *ἄγαλμα*] Matris *ἀγάλματα*, 'deliciae', sollemni poetarum usu dicuntur liberi. Vide Markl. ad Eur. Suppl. 367. Ruhnk. ad Timaeum v. *αγαλμα*. ERF. *Καδμείας νύμφας*, Semeles. Similes in appellationibus pleonasmos collegit Blomf. ad Aesch. Prom. 140. De solutione *Καδμείας* confer v. 1135 *Θηβαΐας*, v. 971, 983 *Φινεΐδαις*, *Ἐρεχθεϊδᾶν*, Aesch. Suppl. 61 *Τηρεΐας*, quodque saepius positum *Τρωΐος* et *Τρωΐα*. Vide Elmsleium ad Med. 806.

V. 1099. *ἀμφέπεις*] Confert Neuius El. 651. Pind. Pyth. V 68. IX 71.

V. 1099 sq. *κλυτὰν — Ἰταλίαν*] Facile apparet Italiam dici inferiorem sive Graeciam magnam eiusque partem potissimum australem, a Graecis colonis cultam, situ, fertilitate, coeli salubritate insignem (*κλυτάν*); inter Bacchi autem domicilia refertur, quia vini erat feracissima. Schol.: *διὰ τὸ πολυάμπελον τῆς χώρας*. Varro I 2. Lucian. Navig. 23. Etymol. M. p. 525, 39. WEX. At summa probabilitate R. Ungerus (Elect. Crit. p. 355 sqq. cfr. Philol. XXXIII p. 343) coniecit *Ἰκαρίαν*. Hunc enim locum quem vel maxime ad cultum Bacchi Atticum pertinuisse constat, a poeta omissum esse haud verisimile videtur.

Digitized by Google

παγκοίνοις Ἐλευσινίας
Δηοῦς ἐν κόλποις, Βακχεῦ, Βακχᾶν
ὁ ματρόπολιν Θήβαν
ναιετῶν παρ' ὑγρῶν
Ἰσμηνοῦ ῥείθρων ἀγρίου τ'
ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος·

(*ἀντιστροφὴ α'*.)

σὲ δ' ὑπὲρ διλόφοιο πέτρας στέροψ ὄπωπε
λιγνύς, ἔνθα Κωρύκιαι
νύμφαι στίχουσι Βακχίδες, Κασταλίας τε
νᾶμα·

V. 1101. Schol.: *παγκοίνοις· ἐν οἷς πάντες συνάγονται διὰ τὰς πανηγύρεις· ἢ διὰ τὸ τὴν θεὸν πάντας τρέφειν· ἢ ὅτι κοινὰ τὰ μυστήρια Δήμητρος καὶ Διονύσου.* Vera est prima interpretatio. Ceterum notum est Bacchum in Mysteriis Eleusiniis coniunctim cum Cerere cultum fuisse. Cfr. Musgr. ad Eur. Ion. 1093. — De prosodia v. *Ἐλευσινίας* Boeckh. confert Hom. in Cer. 105. 266. Antimach. fr. 55. Eratosth. fr. Merc. XV 15, Herm. Elem. D. M. p. 44.

V. 1102. Schol.: *κόλποις· ἀντὶ τοῦ πεδίοις.* Cfr. Passov. v. *κόλπος* 3 b. Ante *Βακχεῦ* delevit *ὦ* Hermannus, *ὁ* ante *ματρόπολιν* addidit Musgravius, *ναιετῶν* pro *ναίων* scripsit Dindorfius. Hae medelae certae non sunt.

V. 1103. *Βακχᾶν ματρόπολιν*] Triclinius: *ἐπειδὴ ἐν Θήβαις ὁ Διόνυσος μὲν γέγονεν, οὗτος δὲ τὰς Βάκχας πεποίηκε, διὰ τοῦτο μητρόπολιν αὐτὴν τῶν Βακχῶν λέγει.*

V. 1104 sq. *παρ' ὑγρῶν — ῥείθρων*] De hoc *παρά* praepositionis usu monitum ad v. 951.

V. 1105 sq. Schol.: *ἀγρίου — δράκοντος· παρὰ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἐσπάρησαν οἱ ὀδόντες τοῦ δράκοντος.*

V. 1107 sq. Schol.: *σὲ δ' ὑπέρ· σὲ ὁρᾷ ὁ λαμπρὸς καπνός· ἀντὶ τοῦ σοὶ θυσίαι κατὰ Παρνασσὸν γίγνονται· ἢ παρ' ὅσον αὐτόματον πῦρ ἐκεῖσε ἀναδίδοται. διλόφου πέτρας· τοῦ Παρνασσοῦ· τοιοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὄρος.* Elmsleius ad Eurip. Bacch. 306 'Multa apud poetas mentio est flammae in monte Parnasso noctu lucentis, quam qui videbant Bacchum utraque manu facem gestantem cum solito famularum comitatu saltare credebant. Cuius ignis quae fuerit natura, eorum est investigare, qui in physicis versantur. Quod grammatici officium est, tragicorum nonnulla de eo testimonia apponam: Eur. Phoen. 226, ubi conferatur Schol., Ion. 716. 1125. Aristoph. Ran. 1211.' *Διλόφοιο* ex coniectura Dindorfii scripsi pro *διλόφου.*

V. 1108. Schol.: *Κωρύκιαι· αἱ Παρνασσίδες· Κωρύκιον γὰρ ἄντρον ἐν Παρνασσῷ.* Cfr. interpp. ad Aesch. Eum. 22 et Elmsl. ad Eur. Bacch. 559 et Ulrichs Reisen und Forschungen in Griechenland p. 48.

V. 1110. *στίχουσι*] Hesychius: *στίχουσι· βαδίζουσι, πορεύονται.* GUIL. DINDORF. Libri habent *στείχουσι.* Cum praeterea pro spondeo *νύμφαι* ratio antistr. iambum requirat et vehementer offendat alterum subiectum *Κασταλίας τε νᾶμα* tam longo intervallo a primo *στέροψ λιγνὺς* disiunctum, vel maxime probantur ea quae M. Seyffertus post M. Schmidtium qui *Κωρύκιαι γυνφαί τ' ἔχουσι Βακχίδας Κασταλίας τε νᾶμα* coniecerat, scripsit: *Κωρυκίας γυνφάς τ' ἔχουσι Βακχίδες Κασταλίας*-

καί σε Νυσαίων ὀρέων
κισσήρεις ὄχθαι χλωρά τ᾽ ἀκτὰ
πολυστάφυλος πέμπει
ἀμβρότων ἐπέων
εὐαζόντων Θηβαΐας
ἐπισκοποῦντ᾽ ἀγυιάς·

(στροφὴ β΄.)

τὰν ἔκπαγλα τιμᾷς
ὑπὲρ πασᾶν πόλεων
ματρὶ σὺν κεραυνίᾳ·
καὶ νῦν, ὡς βιαίας
ἔχεται πάνδαμος πόλις ἐπὶ νόσου,

λίας τε νᾶμα. De voce γυυφαί cfr. Hesych. γυυφαί· νάπαι.

V. 1111. Schol.: Κασταλίας: πηγὴ ἐν Παρνασσῷ.

V. 1112 sq. Schol.: Νύσσα Φωκίδος ὄρος· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ Νύσσαι [Euboica, Thracia, Arabica, Indica, Aethiopica, aliae]. χλωρά τ᾽ ἀκτά· ἢ τὸ ἐν Εὐβοίᾳ φησὶν ἄλσος, ἢ τὸ ἐν Παρνασσῷ· ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τόποις ἡ ἄμπελος, ἣ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν περὶ μὲν τὴν ἕω βότρυας φέρει, περὶ δὲ τὴν μεσημβρίαν ὄμφακας, ἐτρυγᾶτο δὲ πεπανθεῖσα περὶ τὴν ἑσπέραν. Intellegendam hic Nysam Euboicam esse recte monuit Erfurdtius adlato vs. 1125. Cfr. Steph. Byz. v. Νῦσαι· δεκάτη ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι. Eustath. ad Dionys. p. 224, 34 ed. Bernh. Νύσσαι δὲ — Εὐβοϊκή, περὶ ἣν λέγεται καὶ τὸ τῆς ἀμπέλου τεράστιον, βότρυν ἐκφερούσης καθημέριον. Idem narrat. Schol. ad Eur. Phoen. 227, fragm. adferens e Soph. Thyeste: ἔστι γάρ τις ἐναλία Εὐβοιὶς αἶα· τῇδε Βάκχειος βότρυς ἐπ᾽ ἦμαρ ἕρπει.

V. 1115. ἀμβρότων ἐπέων] Sunt 'voces sanctae, voces in sacris editae'. Cfr. Pind. Pyth. IV 11 ἀθανάτου στόματος.

V. 1116. Schol.: εὐαζόντων· ὑμνούντων, μετὰ εὐφημίας εὐοῖ λεγόντων, ὅς ἐστιν ὕμνος Διονύσου. Insolentius cantus hic dicitur εὐάζειν, quod vulgo de Bacchantibus dicitur.

V. 1117. ἐπισκοποῦντ᾽] Recte Wexius 'invisentem plateas', per quas pompa ducitur, ut ei praesis. Cfr. 1127 sq. νυχίων φθ. ἐπίσκοπε.

V. 1118. τὰν] Referendum ad nomen, quod verbis praecedentibus continetur, Θήβην. Vide Matth. § 435. Krueg. II § 43, 3, 7.

V. 1118 sq. ἔκπαγλα — ὑπὲρ πασᾶν Dindorfius scripsit. Libri habent ἐκπασᾶν — ὑπερτάταν. Vocis ὑπερτάταν in La alterum α in litura est erasis duabus tribusve litteris quae superscriptae fuerunt. Blaydesius coniecit ὑπερτιμᾷς atque fortasse si scribimus: τὰν ἔκπαγλα πασᾶν ὑπερτιμᾷς πόλεων, magis sequimur vestigia librorum. De adverbio ἔκπαγλα confer O. C. 716 sqq. ἔκπαγλα θρώσκει; de ὑπὲρ praepositionis usu Pind. Nem. IX 129 εὔχομαι ὑπὲρ πολλῶν τιμαλφεῖν λόγοισι νίκαν, quem locum attulit Matth. § 582 p. 1156.

V. 1120. Schol.: κεραυνίᾳ· κεραυνοβλήτῳ. Cfr. Eur. Bacch. 6 ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας.

V. 1121 sqq. καὶ νῦν etc.] Hoc dicit: 'qui semper sacris nostris ades, nunc quoque veni, quando urbs gravi laborat morbo, salutem nobis adferens'.

Digitized by Google

μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ Παρνασίαν
ὑπὲρ κλιτὺν, ἢ στονόεντα πορθμόν.

(ἀντιστροφὴ β΄.)

ἰὼ πῦρ πνεόντων
χοράγ᾽ ἄστρων, νυχίων
φθεγμάτων ἐπίσκοπε,
παῖ Δῖον γένεθλον,
προφάνηθ᾽, ὦναξ, σαῖς ἅμα περιπόλοις
Θυίαισιν, αἵ σε μαινόμεναι πάννυχοι
χορεύουσι τὸν ταμίαν Ἴακχον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος,
οὐκ ἔσθ᾽ ὁποῖον στάντ᾽ ἂν ἀνθρώπου βίον

V. 1123. Schol.: *μολεῖν· λείπει θέλησον· ἢ ἀπαρέμφατον ἀντὶ προστακτικοῦ.* Cfr. Matth. § 546. Krueg. II § 55, 1, 3.

V. 1125. Schol.: *ἢ στονόεντα πορθμόν· τὸν ἠχώδη διὰ τὰ κύματα. πορθμὸν δὲ τὸν ἀπ᾽ Εὐβοίας εἰς Βοιωτίαν.*

V. 1126 sq. Schol.: *ἰὼ πῦρ πνεόντων χοραγέ· τῶν πυρπνόων ἄστρων ἐπίσκοπε· καὶ γὰρ αἰθέριος τιμᾶται, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις* (1078) *φησὶν αὐτὸν ἐν αἰθέρι κατοικεῖν. Ἄλλως. χοραγέ, τὸν χορὸν ἄγων. ἢ τῶν ἄστρων χορηγέ· κατὰ γάρ τινα μυστικὸν λόγον τῶν ἀστέρων ἐστὶ χορηγός καὶ νυχίων φθεγμάτων· τῶν ἐν νυκτὶ εὐφημιῶν καὶ ὕμνων· ἐν νυκτὶ γὰρ αἱ Διονυσιακαὶ χορεῖαι γίνονται, ὅθεν καὶ νυκτέλιος, καὶ Εὐριπίδης* (Bacch. 486) *'νύκτωρ τὰ πολλά· σεμνότητ᾽ ἔχει σκότος'.* Dixit de hoc loco Lobeckius Aglaoph. p. 218 sq. Cfr. Aristoph. Ran. 342 *Ἴακχ᾽, ὦ Ἴακχε, νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστήρ.* Ut ipsum attributum *πῦρ πνεόντων* ostendit, *ἄστρα* intelleguntur *κατὰ μυστικὸν λόγον* taedae ardentes quae in pervigiliis Eleusiniorum sacrorum iactabantur.

V. 1129. *παῖ Δῖον γένεθλον* restituit M. Seyffertus pro *παῖ Διὸς γένεθλον.* Hoc emendandi genus, de quo vide ad v. 1022, plus habet probabilitatis quam illud quo Bothius scripsit *παῖ Ζηνός.* Iungenda haec in unum Harmannus monet, ut idem sint quod *ἐκ Διὸς γεγὼς παῖς.*

V. 1130. Malui egregiam Bergkii coniecturam *ὦναξ*, cuius loco libri habent *ὦ Ναξίαις*, recipere quam in v. strophico 1123 post *πάνδαμος* de Boeckhii sententia *ἁμὰ* addere.

V. 1131. Schol.: *περιπόλοις· ταῖς ἱερείαις, ταῖς σαῖς ἀκολούθοις·*

V. 1133. *χορεύουσι*] Activum hic est verbum *χορεύειν*, significans 'deum choreis celebrare'. Confert Brunckius Pind. Isthm. I 7 *καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν χορεύων.* Addo Eurip. Iph. A. 1057. Ion. 1085. Vide Krueg. II § 46, 11, 2.

V. 1134. *Κάδμου — Ἀμφίονος*] Post Cadmeam urbem a Cadmo conditam Amphiona tradunt et Zethum, filios Antiopae et Iovis, devicto avunculo Lyco, tutore Lai, Thebanum regnum obtinuisse et amplificasse antiquam urbem. CAM. Recte Schaeferus *δόμων* etiam ad *Κάδμου* referendum monuit. De locutione *πάροικοι δόμων Κάδμου*, qua cives Thebani significantur, vide ad O. R. 1.

V. 1135 sq. Sensus huius enuntiati quod male intellexerunt interpretes hic est: 'nulla vitae condicio vel bona vel mala constans

οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ.
τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταρρέπει
τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί·
καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς.
Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτός, ὡς ἐμοί, ποτέ,
σώσας μὲν ἐχθρῶν τήνδε Καδμείαν χθόνα
λαβών τε χώρας παντελῆ μοναρχίαν
ηὔθυνε, θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ·
καὶ νῦν ἀφεῖται πάντα. τὰς γὰρ ἡδονὰς
ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ
ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

est'. Vis sententiae enim continetur verbo *στάντα*, quod idem ac *στάσιμον γενόμενον*, 'stabilem factum'. Cfr. Eur. El. 403 *ἴσως γὰρ ἂν μόλις προβαίνουσ' ἡ τύχη σταίη καλῶς*. Verbum *αἰνέσαιμι* ad rerum secundarum, *μεμψαίμην* ad rerum adversarum constantiam pertinet. Proximis versibus sempiternae vicissitudines fortunae describuntur et adduntur haec: *μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς* i. e. 'vates nemo est rerum constantium mortalibus'. Quippe quia nulla rerum constantia est, nulla praedici potest.

V. 1137 sq. *καταρρέπει*] Proprie verbum neutrum est, sed hic potestatem transitivam habet. Theognis 157: *Ζεὺς τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει*. MUSG. Similiter Latini *ruere* usurpant, de quo vide Ruhnk. ad Terent. Ad. III 2, 21. Quod ad sensum attinet, *τὸν εὐτυχοῦντα* ad *καταρρέπει*, *τὸν δυστυχοῦντα* ad *ὀρθοῖ* refertur. Similiter Hom. Θ 64 *ἄμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων*.

V. 1140. Schol.: *ὡς ἐμοί· λείπει ἐδόκει*. Cfr. Matth. § 388 a. Krueg. I § 48, 5, 5 et § 69, 63, 6.

V. 1141 sqq. Saepius post *πρῶτα μὲν* pro *δεύτερα δὲ* vel *ἔπειτα*, post *πολλὰ μὲν* pro *πολλὰ δὲ*, quoniam res non opponendae sed adiungendae sunt, *τὲ* infertur, illud Eur. Med. 125. 233. 1101, Hipp. 996, Heracl. 337, Ion 401, Or. 22, hoc Trach. 1012, Aesch. Sept. 924, Eur. Med. 429. Hic cum vellet poeta dicere *ὃς ἔσωσε μὲν χθόνα, ἔθαλλε δὲ, ὅτε λαβὼν .. ηὔθυνεν, εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ*, ita mutavit incohatam constructionem ut concinno praeferret dilucidum. De *σῴζεσθαί τινος* cfr. Krueg. II § 47, 13, 2; de adi. *παντελῆ* vide ad v. 997. De urbe a Creonte servata dictum ad v. 976.

V. 1144—1146. Quae recepimus, vulgantur ex Athen. VII p. 280 et XII p. 547. In libris *ἀνδρὸς* pro *ἄνδρες* (apud Eustathium p. 957, 17 *ἄνδρα*) legitur et v. 1146 omissus est. Integra haec iudicari nequeunt. Nam *προδῶσιν* non significat quod schol. significare dicit *ἀπολέσωσιν*. Intellegi possunt quae alius schol. habet *οὐ νομίζω ζῆν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα, ὃν ἂν προδῶσιν αἱ ἡδοναί*, verum *τὰς ἡδονὰς προδῶσιν ἄνδρες* non possunt intellegi. Praeterea offendit singularis *τοῦτον* post plur. *ἄνδρες*. Quae v. 709. 1022 habentur vel quod *ὅστις* saepe ad plur. refertur, ea aliam rationem sequuntur. Quae cum ita sint, lectionem librorum *ἀνδρός* ad restituendam poetae manum adhiberi consentaneum est atque suspicamur poetam scripsisse: *καὶ νῦν ἀφεῖται πάνθ'· ὅταν γὰρ ἡδοναὶ βίον προδῶσιν ἀνδρός, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τουτον κτἑ.* Vim vocis *ἡδοναὶ* explicat poeta ipse sequentibus verbis *τὸ χαίρειν*. De *τίθημι* quod valet 'pono, facio', cfr. Isocr. Paneg. § 145 *τίθημι*

Digitized by Google

πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα,
καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ' ἔχων, ἐὰν δ' ἀπῇ
τούτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς
οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὴν ἡδονήν.
ΧΟ. τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων;
ΑΓ. τεθνᾶσιν· οἱ δὲ ζῶντες αἴτιοι θανεῖν.
ΧΟ. καὶ τίς φονεύει; τίς δ' ὁ κείμενος; λέγε.
ΑΓ. Αἵμων ὄλωλεν· αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται.
ΧΟ. πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός;
ΑΓ. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, πατρὶ μηνίσας φόνου.
ΧΟ. ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας.
ΑΓ. ὡς ὧδ' ἐχόντων, τἄλλα βουλεύειν πάρα.
ΧΟ. καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ

στασιάζειν αὐτούς et Dorvill. ad Char. p. 403 ed. Lips. De sententia cfr. Simonidis frgm. 71 p. 1142 Bgk. tert. ed. τίς γὰρ ἁδονᾶς ἄτερ θνατῶν βίος ποθεινὸς ἢ ποία τυραννίς; τᾶς δ' ἄτερ οὐδὲ θεῶν ζαλωτὸς αἰών.

V. 1147 sq. πλούτει etc.] De imperativi notione vide Krueg. I § 54, 4, 2.

V. 1148. Schol.: ζῆ· ἀντὶ τοῦ ζῆθι, προστακτικῶς. Alia huius imperativi exempla ex tragicis vide in Bekk. Anecd. p. 97, 29. Verbis τύραννον σχῆμα 'dignitas regia' significatur. Hermannus consuli Bergler. ad Alciphr. I 34 p. 140 iubet.

V. 1149 sq. καπνοῦ σκιᾶς] Fumi umbra nihil vilius esse potest. Ex Pindarico dicto hoc adumbratum, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. BR. Cfr. Philoct. 946 κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν, εἴδωλον ἄλλως, Aesch. frg. 390 N. τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφ' ἡμέραν φρονεῖ καὶ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον ἢ καπνοῦ σκιά. Locutio autem πρίασθαί τί τινι, significans quod nos dicimus, 'jemanden etwas abkaufen', comparanda cum locutione δέχεσθαί τί τινι, 'jemanden etwas abnehmen', de qua vide Krueg. II § 48, 4, 1. Denique de verbis πρὸς τ. ἡδονὴν cfr. Krueg. I § 68, 39, 5.

V. 1151. φέρων] 'Nuntians'. Vide ad O. C. 420. Eodem modo Latini poetae *ferre* usurparunt. De numero plurali βασιλέων vide quae ad Trachin. 316 adnotata sunt.

V. 1152. αἴτιοι θανεῖν] Cfr. Krueg. I § 50, 6, 7.

V. 1153. καὶ τίς φονεύει] Sic O. R. 716.

V. 1154. αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται] Neuius ad Ai. 841 τὼς αὐτοσφαγεῖς πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο adnotavit: 'αὐτοσφαγεῖς et αὐτόχειρες non tantum sunt qui sua manu, sed qui nefario facinore cadunt. Ant. 1154. Aesch. Suppl. 65 sqq. ξυντίθησι δὲ παιδὸς μόρον, ὡς αὐτοφόνως ὤλετο πρὸς χειρὸς ἕθεν δυσμάτορος κότου τυχών.' Quod vix videtur probari posse. Rectius, opinor, statueris αὐτόχειρ dici non tantum eum, qui sua manu, sed etiam qui suorum manu aliquid faciat.

V. 1155. De collocatione praepositionis vide ad v. 363.

V. 1157. ὡς ἄρ'] De particulis his cum praeteritis iunctis confert Neuius Ai. 367. El. 1185. O. R. 1395. Trach. 871. Reisig. Coni. p. 274.

V. 1158. De ὡς ὧδ' ἐχόντων (scil. τῶνδε) cfr. Krueg. I § 47, 4, 3. Dictioni τἄλλα βουλεύειν πάρα similis est latina *alia cura*, quam habes velut Plaut. Mil. gl. III 3, 55 et 60.

Digitized by Google

κέλευθον ἕρπω τῶν παρελθουσῶν ὁδῶν;
παιδός με σαίνει φθόγγος. ἀλλά, πρόσπολοι,
ἴτ' ἆσσον ὠκεῖς, καὶ παραστάντες τάφῳ
ἀθρήσαθ', ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ
δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον, εἰ τὸν Αἵμονος
φθόγγον συνίημ', ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.
τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύμασιν
ἠθροῦμεν· ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν,
βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην,
τὸν δ' ἀμφὶ μέσσῃ περιπετῆ προσκείμενον,

ὁδῶν] Vide Krueg. I § 47, 28, 10. Ceterum confer O. C. 1397 *οὔτε ταῖς παρελθούσαις ὁδοῖς ξυνήδομαί σοι, νῦν τ' ἴθ' ὡς τάχος πάλιν*, et Ai. 994 *ὁδός θ' ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δὴ μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον, ἣν δὴ νῦν ἔβην*.

V. 1193. *σαίνει*] 'Adulat', ut Cic. Tusc. II 10 in v. 15 Aeschyleum *προσσαίνει* interpretatur. Sensus, qui collocatione nominis *παιδός* adiuvatur, hic est: 'cara vox tangit me, quae mihi ut filii notescat'. Cfr. Aesch. Prom. 835 *τῶνδε προσσαίνει σέ τι*, quod schol. interpretatur *ὑπομιμνήσκει σε*, Eum. 254 *ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ*, Eur. Hipp. 862 *καὶ μὴν τύποι γε σφενδόνης χρυσηλάτου τῆς οὐκέτ' οὔσης τῆσδε προσσαίνουσί με*. Versu sequenti de locutione *ἴτε ὠκεῖς* vide ad Philoct. 1080.

V. 1195 sq. *ἁρμὸν — δύντες*] 'Ubi per commissuram tumuli saxo detracto solutam ad ipsum ostium penetraritis'. Iubentur famuli saxum quo introitus extra obstructus est detrahere et per solutam compagem ad ipsum ostium penetrare i. e. ad eum locum unde omnia quae sunt in tumulo conspiciuntur. — Probabiliter M. Seyffertus *χώματος* mutat in *χάσματος* cl. Hesych. *χάσμα· στόμα ἢ σχίσμα γῆς*. — Ceterum ne quis reiciendam hanc interpretationem propterea putet, quod compages illa sepulcri soluta esse debuerit Haemone ingresso, monendum est Creontem id nondum scivisse atque hoc unum praecepisse, ut famuli, cuius ipsius rei causa illuc se contulerat, lapides evellerent, quibus introitus obstructus erat, et Haemon num forte inesset, viderent. Is qui ingressus esset, ea de re cogitare non erat Creontis, summo tum dolore obstupefacti.

V. 1197. Schol.: *ἢ θεοῖσι κλέπτομαι· ἢ ἀπατῶμαι ὑπὸ θεῶν*. Vide v. 681 et cfr. Aesch. Ag. 476 *πόλιν διήκει θοὰ βάξις· εἰ δ' ἐτήτυμος, τίς οἶδεν, ἤ τοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος*.

V. 1198 sq. *τάδ' — ἠθροῦμεν*] I. e. 'haec, ut iusserat herus exanimatus, explorabamus'. Eo enim sensu iam ante verba *ἀθρήσατε, εἰ τὸν Αἵμονος* etc. posita erant, 'videte i. e. explorate, num Haemonis vox sit, quam audio'. Scrupulum movent verba *ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύμασιν*, quae interpretantur *ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελευσθέντες* cl. eis quae ad v. 193 collecta sunt; quae cum nitido dicendi generi Sophocleo parum conveniant, videtur ex Burtoni coniectura *ἐξ ἀθ. δεσπότου κελευμάτων* scribendum esse.

V. 1200. *κρεμαστὴν αὐχένος*] Cfr. Krueg. II 47, 12, 4.

V. 1201. Schol.: *καθημμένην· τὸν τράχηλον δεδεμένην*.

V. 1202. *ἀμφὶ μέσσῃ*] Vide quae ad Trachin. 635 adnotavimus.

Digitized by Google

εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθορὰν
καὶ πατρὸς ἔργα καὶ τὸ δύστηνον λέχος.
ὃ δ' ὡς ὁρᾷ σφε, στυγνὸν οἰμώξας ἔσω
χωρεῖ πρὸς αὐτὸν κἀνακωκύσας καλεῖ·
'ὦ τλῆμον, οἷον ἔργον εἴργασαι; τίνα
νοῦν ἔσχες; ἐν τῷ ξυμφορᾶς διεφθάρης;
ἔξελθε, τέκνον· ἱκέσιός σε λίσσομαι.'
τὸν δ' ἀγρίοις ὄσσοισι παπτήνας ὁ παῖς,
πτύσας προσώπῳ κοὐδὲν ἀντειπών, ξίφους
ἕλκει διπλοῦς κνώδοντας, ἐκ δ' ὁρμωμένου
πατρὸς φυγαῖσιν ἤμπλακ'· εἶθ' ὁ δύσμορος
αὑτῷ χολωθείς, ὥσπερ εἶχ', ἐπενταθεὶς

V. 1203. *εὐνῆς — τῆς κάτω*] Bene Brunckius: 'sponsae Orco demissae'. Simillime dixit 890 *μετοικίας τῆς ἄνω.* Haemon commiseratur se ipsum, patrem, sponsam.

V. 1207 sq. *εἴργασαι — ἔσχες*] De coniunctis temporibus perfecto et aoristo confer quae ad Philoct. 928 diximus.

V. 1208. *ἐν τῷ ξυμφορᾶς*] I. e. *ἐν τίνι ξυμφορᾷ;* Cfr. Matth. § 442, 3. Krueg. I § 47, 10, 3.

V. 1211. Schol.: *πτύσας προσώπῳ· οἷον ἀποστραφεὶς καὶ σκυθρωπάσας, καὶ ἐκ τοῦ προσώπου καταμεμψάμενος. οὐ κυρίως προσπτύσας τῷ πατρί, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ φαμὲν, κατέπτυσεν αὐτοῦ, ὅ ἐστι κατεφρόνησε τῶν λόγων αὐτοῦ.* Vide v. 653. Additur *προσώπῳ* ut quod opponitnr *οὐδὲν ἀντειπών* magis exprimatur: 'vultu solum, [inquit, fastidium prodidit, verbis nihil respondit'. Cf. Eur. Phoen. 1440 *φωνὴν μὲν οὐκ ἀφῆκεν, ὀμμάτων δ' ἄπο προσεῖπε δακρύοις.*

V. 1211 sqq. *ξίφους — ἤμπλακ'*] In summo quo erat Haemon dolore ac paene furore exsanguem amplexus sponsam, quam propter praeclarum facinus indignissime a patre punitam crederet, quid magis facere eum consentaneum fuit, quam ut patrem, totius mali auctorem, cum e complexu sponsae suae, ad quam moriturus cum ea in specum saxeum descenderat (cfr. v. 751), eripere eum vellet, gladio peteret, ne divelleretur a sponsa sua prohibiturus? [Rectius opinor Hermannus dicit: 'Non ut occidat patrem ulciscaturque iniuriam sibi factam, stringit ensem, sed ut terreat qui se avellere a mortua velit'. Quippe Haemon animi sui impos ne sibi conscius quidem est patrem esse quem petat et tum demum agnoscere incipit cum persecutus expulit e specu. Is qui scholium scripsit: *οὐχ εἷλκεν δὲ τὸ ξίφος κατὰ τοῦ πατρὸς ὥσπερ ᾤετο· εἶπεν γὰρ ἄνω* (v. 751). *'ἥ δ' .. ὀλεῖ τινα'. Ὁ ἄγγελος δὲ οὕτω νομίζων ἀπαγγέλλει,* obloqui videtur eis quae Aristoteles Poet. 1454 b extr. de hoc loco disserit.]

V. 1211. La habet *ἀντειπων λως* superscripto a m. pr. *ὃ ξίφους.* Dindorfius suspicatur id fuisse *ἀντειπὼν ὅλως,* quod ipse librarius primo temere scripserit, dein animadverso errore in *ξίφους* mutaverit. Videntur potius haec indicare, in archetypo nomini *ξίφους* explicandi causa *κολεῶν* superscriptum fuisse.

V. 1212. Schol.: *διπλοῦς κνώδοντας· ἀντὶ τοῦ διπλᾶς ἀκμάς· ἀμφήκες γὰρ τὸ ξίφος·* Sunt potius *κνώδοντες* remorae gladii. Cfr. Lobeck. ad Ai. 814. De locutione *ἐξορμᾶσθαι φυγαῖς* vide Krueg. I § 48, 15, 16.

V. 1214. *ἐπενταθείς*] Recte Erfurdtius: 'in ensem protentus'.

Digitized by Google

ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος, ἐς δ᾽ ὑγρὸν
ἀγκῶν᾽ ἔτ᾽ ἔμφρων παρθένῳ προσπτύσσεται·
καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν
λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος.
κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ, τὰ νυμφικὰ
τέλη λαχὼν δείλαιος ἔν γ᾽ Ἅιδου δόμοις,
δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν
ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόσκειται κακόν.
ΧΟ. τί τοῦτ᾽ ἂν εἰκάσειας; ἡ γυνὴ πάλιν
φρούδη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν λόγον.
ΑΓ. καὐτὸς τεθάμβηκ᾽, ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι,
ἄχη τέκνου κλύουσαν ἐς πόλιν γόους
οὐκ ἀξιώσειν, ἀλλ᾽ ὑπὸ στέγης ἔσω

V. 1215. Schol.: *τὸ ἔγχος οἱ τραγικοὶ καὶ ἐπὶ ξίφους λαμβάνουσιν.* Vide Ai. 95. 287. 658. 907, coll. cum v. 80. 828. 1034. O. R. 1255. Trach. 1034. Dictum autem *μέσσον ἔγχος* hoc sensu: 'ut medius esset inter costas'.

V. 1215 sq. *ἐς δ᾽ ὑγρὸν — προσπτύσσεται*] Insolentius quidem, sed recte tamen ita poeta locutus est, hoc dicens: 'et languescentibus lacertis mentis etiamtum compos virginem complectitur'. Nam qui complectitur aliquem, eum in brachia sua veluti includit vel recipit; quo sensu cum poeta verba *παρθένῳ προσπτύσσεται* accipi vellet, recte addidit *ἐς ὑγρὸν ἀγκῶνα*. De adiectivi autem *ὑγρὸς* notione, 'debilem' sive 'languescentem' significantis, apte contulit Brunckius Eur. Phoen. 1439, ubi de morituro Eteocle dictum: *ἤκουσε μητρὸς κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα.* Latine vero *ὑγρὸν ἀγκῶνα* 'deficientem manum' dixeris, coll. Tibull. I 1, 60 *te teneam moriens deficiente manu.* Postremo *προσπτύσσεται* coniunctum cum dativo, pro quo vulgo accusativus poni solet, etiam Trach. 767 *προσπτύσσεται πλευραῖσιν.* De toto loco confer Propert. II 8, 21 *Quid? non Antigonae tumulo Boeotius Haemon corruit ipse suo saucius ense latus? Et sua cum miserae commiscuit ossa puellae, qua sine Thebanam noluit ire domum?*

V. 1218. Schol.: *φοινίου σταλάγματος· τὴν πνοὴν τοῦ φοινίου σταλάγματος ἐκβάλλει τῇ λευκῇ αὐτῆς παρειᾷ, ὃ ἔστιν αἷμα ἐξέπνευσεν.*

V. 1219. *νεκρὸς περὶ νεκρῷ*] Erfurdtius conferri iubet Eurip. Phoen. 881 *πολλοὶ δὲ νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες*, ibique Valcken.

V. 1220. Schol.: *τὰ νυμφικὰ τέλη· τοὺς γὰρ γαμοῦντας τελείους ἐκάλουν.* Vide ad v. 997.

Ibid. *ἔν γ᾽* ex Heathii coniectura scripsi. Libri plerique *ἐν*, pauci *εἰν*. Quamquam autem hoc loco particula sensui convenit, tamen incerta est correctio. De forma *εἰν* cfr. Krueg. II § 68, 12, 1. Nauckius conicit *ἐν γαίας μυχοῖς.*

V. 1221 sq. *τὴν ἀβουλίαν — κακόν*] Simillime O. C. 1197 sq. *γνώσει κακοῦ θυμοῦ τελευτὴν ὡς κακὴ προσγίγνεται.* De verbo *πρόσκειται* vide ad El. 240.

V. 1223 sq. *τί τοῦτ᾽ — λόγον*] De sententia vide quae ad O. R. 1073 sq. adnotata sunt.

V. 1225 sq. Schol.: *ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι· ἐλπίζω αὐτὸν μὴ βούλεσθαι δημοσίᾳ θρηνεῖν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ οἰκήματι μετὰ τῶν θεραπαινίδων.*

V. 1227 sq. *οὐκ ἀξιώσειν* etc.] Ad *ἀξιώσειν* e sequentibus intel-

δμωαῖς προθήσειν πένθος οἰκεῖον στένειν.
γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος, ὥσθ᾽ ἁμαρτάνειν.
ΧΟ. οὐκ οἶδ᾽· ἐμοὶ δ᾽ οὖν ἥ τ᾽ ἄγαν σιγὴ βαρὺ
δοκεῖ προσεῖναι χἠ μάτην πολλὴ βοή.
ΑΓ. ἀλλ᾽ εἰσόμεσθα, μή τι καὶ κατάσχετον
κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένῃ,
δόμους παραστείχοντες. εὖ γὰρ οὖν λέγεις.
καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος.
ΧΟ. καὶ μὴν ὅδ᾽ ἄναξ αὐτὸς ἐφήκει
μνῆμ᾽ ἐπίσημον διὰ χειρὸς ἔχων,
εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν
ἄτην, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἁμαρτών.

(στροφὴ α΄.)

ΚΡΕΩΝ.

ἰώ
φρενῶν δυσφρόνων ἁμαρτήματα

lege στένειν. Nam uti Ai. 580 dictum γόους δακρύειν, ita recte γόους εἰς πόλιν στένειν dici apparet. Tum δμωαῖς προθήσειν στένειν eodem sensu dictum est, quo supra v. 216 νεωτέρῳ τῳ βαστάζειν πρόθες. Denique οἰκεῖον causam adfert sententiae ὑπὸ στέγης στένειν. Luctus quia domesticus est domo contineatur. Cfr. O. R. 1430 τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ᾽ ὁρᾶν μόνοις τ᾽ ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.

V. 1229. Schol.: οὐκ ἀνόητος, φησίν, ὑπάρχει, ὥστε δημοσίᾳ ὀδύρεσθαι. ἁμαρτάνειν δὲ λέγει νῦν τὸ ἐμφανῶς θρηνεῖν. Non intellexit scholiasta ἁμαρτάνειν quod per euphemismum dicitur pro καταχρήσασθαι ἑαυτήν. De locutione γνώμης ἄπειρος cfr. ἐλπίδων ἄπιστος Phil. 867, Krueg. II § 47, 26, 9 et 10. Rauchensteinius coniecit γνώμη γὰρ οὐκ ἄπειρος.

V. 1230 sq. βαρὺ — προσεῖναι] De significatione adi. βαρύς vide ad 761, de verbo προσεῖναι ad El. 240. Subaudi τοῖς σιγῶσι, τοῖς βοῶσι.

V. 1232 sq. μὴ — καλύπτει] Vide quae ad El. 580 adnotata sunt. Verbum κατάσχετον recte Erfurdtius interpretatur 'repressum', nobis 'verhalten'. De verbis καρδίᾳ θυμουμένῃ confert Neuius Hom. Ω 114. 135 φρεσὶ μαινομένῃσιν. 584 ἀχνυμένη κραδίῃ. Schol.: ἀλλ᾽ ἔσω ἀπελθόντες μαθησόμεθα, μή τι καὶ μανιῶδες κρύφα βουλεύεται, ἀνελεῖν ἑαυτὴν πειρωμένη.

V. 1237. Schol.: μνῆμα· τὸν νεκρόν. Locutionem διὰ χειρὸς explicat ipse poeta dicens v. 1279 πρὸ χειρῶν et 1297 ἐν χείρεσσιν.

V. 1238. εἰ θέμις εἰπεῖν] De sententia vide 801 sq. Tum appositionis loco sunt verba οὐκ ἀλλ. ἄτην, ad μνῆμα referenda. Vide Matth. § 432. Schol.: οὐκ ἀλλοτρίαν ἄτην· οὐ δι᾽ ἄλλον ἀποθανόντα, οὐκ ἐξ ἄλλου νεκρωθέντα. Sensus idem ac si dicatur: ἄτην οὐκ ἀπὸ τῆς ἄλλου τινὸς αἰτίας, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας γενομένην. Cfr. 1317 sq.

V. 1239. αὐτὸς ἁμαρτών] Neuius adscripsit Eur. Or. 649 οὐκ ἐξαμαρτὼν αὐτός, ἀλλ᾽ ἁμαρτίαν τῆς σῆς γυναικὸς ἀδικίαν τ᾽ ἰώμενος.

V. 1241. φρενῶν δυσφρόνων] Vide ad v. 500 sq. Adiectivum στερεὰ, quod hic obstinationem animi significat (cfr. στερεόφρων

στερεά θανατόεντ',
ὦ κτανόντας τε καὶ
θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους,
ὤμοι ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων.
ἰὼ παῖ, νέος νέῳ ξὺν μόρῳ,
αἰαῖ, αἰαῖ,
ἔθανες, ἀπελύθης,
ἐμαῖς οὐδὲ σαῖσι δυσβουλίαις.
ΧΟ. οἴμ', ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν.
ΚΡ. οἴμοι,
ἔχω μαθὼν δείλαιος· ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ
θεὸς τότ' ἄρα τότε μέγα βάρος μ' ἔχων
ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς,
οἴμοι, λακπάτητον ἀντρέπων χαράν.
φεῦ φεῦ, ὦ πόνοι βροτῶν δύσπονοι.

Ai. 928), non ad solum substantivum *ἁμαρτήματα* referendum, sed ad verba *φρ. δυσφ. ἁμαρτ.*, quae in unam fere notionem coalescunt. Vide ad v. 786 sq. Schol.: *θανατόεντα· θανάτου ἄξια ἢ θανάτου αἴτια.* Vera posterior explicatio est (*θανάτων αἴτια*).

V. 1243 sq. *ὦ κτανόντας — ἐμφυλίους*] Chorum his verbis appellat: 'o cernentes!' pro 'eheu! cernitis'.

V. 1246. *νέῳ ξὺν μόρῳ*] 'Immaturo fato.' De *σὺν* praepositione cfr. v. 172.

V. 1248. *ἀπελύθης*] Vide quae ad v. 1292 adnotata sunt.

V. 1250. *οἴμ', ὡς ἔοικας* etc.] Eodem modo hic quo v. 320 *οἴμ', ὡς* dictum esse, Hermanni causa moneo.

V. 1252 sq. *ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ — ἔπαισεν*] Ordo verborum est: *ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ θεὸς ἄρα τότε με ἔπαισε μέγα βάρος ἔχων.* Locutione autem *παίειν τινὰ ἐν κάρᾳ* hoc significatur, 'mentem concutere' sive 'auferre alicui'. Denique de *βάρος ἔχων*, quod idem valet atque *βαρύνων*, vide ad Ai. 540. Praeterea confer O. C. 1142 *βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει.* Non male videtur Erfurdtius scribi voluisse: *τότ' ἄρα τότε θεὸς μέγα βάρος μ' ἔχων* vel ut amussitata sit aequabilitas antistrophica. Engerus: *τότε θεὸς τότ' ἄρα μέγα βάρος ἔχων.*

V. 1253. *τότε — τότε*] I. e. cum id decernebam, quo filius impulsus est, ut necem sibi inferret.

V. 1254. *ἐν δ' ὁδοῖς*] Recte Musgravius: 'Instigavit ad saeva consilia' vel 'saevas actiones', conferens Herodot. VII 163 *ταύτην τὴν ὁδὸν ἠμέλησε.* Pindar. Olymp. VII 85 *πραγμάτων ὀρθὰν ὁδόν.* Libanium vol. I p. 167 *ποίαν ὁδὸν ἔλθω πραγμάτων;* Idem p. 388 *ἄγων δέ με ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδόν.* Idem p. 805 *ὁρᾷς τὴν ἐμὴν ὁδόν.* Schol.: *ἀγρίαις ὁδοῖς· ἀγρίαις ὁρμαῖς.*

V. 1255. *λακπάτητον*] Eustathius ad Il. ζ p. 625, 21 (479, 4) *ὅρα δὲ, ὅτι λὰξ ἐμβῆναι λέγει τοῖς στήθεσι τὸ ποσὶ πατῆσαι εἰς τὸ στῆθος, ἐξ οὗ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ λαξπάτητον ἀντρέπων χαράν, ὃ τινες λακπάτητον διὰ τοῦ κ γράφουσιν.* Idem ad Il. κ p. 796, 5 (712, 25) *τὸ λὰξ κινήσας παρήγαγεν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὸ λαξπάτητον, ὡς ταὐτὸν ὂν εἰπεῖν λὰξ κινῆσαι καὶ λὰξ πατῆσαι.* Vide de duplici

Digitized by Google

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ δέσποθ', ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος,
τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρων, τὰ δ' ἐν δό-
μοις
ἔοικας ἥκειν καὶ τάχ' ὄψεσθαι κακά.
ΚΡ. *τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἢ κακῶν ἔτι;*
ΕΞ. *γυνὴ τέθνηκε, τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ,*
δύστηνος, ἄρτι νεοτόμοισι πλήγμασιν.
(*ἀντιστροφὴ α'.*)
ΚΡ. *ἰὼ*
ἰὼ δυσκάθαρτος Ἅιδου λιμήν,
τί μ' ἄρα, τί μ' ὀλέκεις;
ὦ κακάγγελτά μοι

illa scriptura Lobeck. ad Phryn. p. 414. Schol.: *λακπάτητον· τὴν μεθ' ὕβρεως ἀπωθουμένην· ἢ τὴν μεγάλως καταπατουμένην. Εἰς τὸ αὐτό· τὴν χαρὰν λὰξ πατήσας.*

V. 1257. *ἔχων τε καὶ κεκτημένος*] Recte Boeckhius: 'als der wahre Inhaber und Besitzer des Unglücks'. Adsumendum enim quod tertio abhinc versu positum nomen *κακά*. Verbi *κεκτῆσθαι* usum illum nonnullis exemplis illustravit Wexius.

V. 1258 sq. *τὰ μὲν — κακά*] Non recte in his verbis quidam editores haeserunt. Nemo haesisset, si scriptum esset: *τὰ μὲν — φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις ἔοικας ἥκειν τάχ' ὀψόμενος κακά.* Participium enim *φέρων* e verbis *ἔοικας ἥκειν* vel potius e simplici notione *ἥκεις* aptum esse sponte apparet. Optimo autem iure pro *τάχ' ὀψόμενος* praegressis verbis *ἔοικας ἥκειν* scribi a poeta potuit *καὶ τάχ' ὄψεσθαι.* Deinde nihil in eo offensionis est, quod quae arctissime cohaerent verba *τὰ δ' ἐν δόμοις* et *τάχ' ὄψεσθαι κακὰ* seiuncta sunt a se verbis *ἔοικας ἥκειν.* Vide quae ad v. 535 adnotavi. Similiter Terent. Adelph. V 7, 19 *tu illas abi et traduce.* De addito *ἥκειν* ad Philoct. 972 monui. Schol.: *τὰ μὲν πρὸ χειρῶν· ὡς τοῦ Κρέοντος τὸν παῖδα βαστάζοντος.* De locutione *πρὸ χειρῶν* vide Matth. § 575.

V. 1260. *τί δ' ἔστιν — ἔτι*] Boeckhius *ἢ* particulam disiunctivam esse putat et *κακῶν* explicat ut v. 6 'aut quid malorum reliquum est?' Reiskius sic scripsit: *τί δ' ἔστιν αὖ; κάκιον ἢ κακῶν ἔτι;* De hac collocatione particulae *ἢ* cfr. Eur. El. 967 *τί δῆτα δρῶμεν; μητέρ' ἢ φονεύσομεν;* De verbis *κάκιον κακῶν* O. R. 1364 *εἰ δέ τι πρεσβύτερον ἔτι κακοῦ κακόν,* Eur. Hec. 233 *κακῶν κάκ' ἄλλα μείζονα.* Alii scribunt vel cum Pflugkio *τί δ' ἔστιν; ἢ κάκιον αὖ κακῶν ἔτι* vel cum Emperio *τί δ' ἔστιν; ἢ κάκιον αὖ κακῶν ἔτι;* Totum v. seclusit Heilandius, ut quinque v. 1257—1259. 1261 sq. responderent totidem versibus 1280—1284. Non minore probabilitate ab aliis ille locus 1280—1284 lacunosus putatur, ut certi nihil statui queat.

V. 1261. Schol.: *παμμήτωρ· ἡ κατὰ πάντα μήτηρ· ἐμφατικῶς δὲ εἶπεν, ὅτι καὶ μέχρι θανάτου μήτηρ ἐδείχθη, μὴ ἑλομένη ζῆν μετὰ τὸν τοῦ παιδὸς θάνατον.*

V. 1264. *ἰὼ — λιμήν*] Inexpiabilem dicit Orcum, quia caedes caedi succedat neque usquam finis occidendi inveniatur. De *λιμὴν* vide ad 981; de *καθαίρειν*, 'expiare' vel 'placare' significante, O. C. 466.

Digitized by Google

προπέμψας ἄχη, τίνα θροεῖς λόγον;
αἰαῖ, ὀλωλότ' ἄνδρ' ἐπεξειργάσω.
τί φής, ὦ παῖ, τίνα λέγεις μοι νέον,
αἰαῖ, αἰαῖ,
σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ
γυναικεῖον ἀμφικεῖσθαι μόρον;
ΧΟ. *δρᾶν πάρεστιν· οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι.*
ΚΡ. *οἴμοι,*
κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω τάλας.
τίς ἄρα, τίς με πότμος ἔτι περιμένει;
ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον,

V. 1267. *προπέμψας*] De hoc verbi *προπέμπειν* usu vide ad O. C. 665.

V. 1268. Schol.: *ἐπεξειργάσω· ἐπέσφαξας.* Confer 1030 *μηδ' ὀλωλότα κέντει. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;*

V. 1269 sqq. Retinui librorum scripturam, nisi quod extremo versu quod post *νέον* additur *λόγον* ex coniectura Seidleri omisi probata Boeckhio aliisque. Totum versum Hermannus constituit sic: *τί φής; τίνα λέγεις νέον μοι νέον,* Engerus hunc in modum: *τί φής; ὦ τίν' αὖ λέγεις μοι μέον.* Maxime probatur quod R. Klotzius (de Sophocl. Ant. exodo quaest. metr. 1874) *λέγεις* ex interpretatione verbi *ἀπύεις* repetens coniecit: *τί φής, παῖ; τίν' ἀπύεις μοι νέον.*

V. 1270. Interpolata oratio est, id quod saepe fit, interiectionibus *αἰαῖ αἰαῖ.* Cohaerent enim verba *τίνα λέγεις μοι νέον σφάγιον γυναικεῖον μόρον ἐπ' ὀλέθρῳ ἀμφικεῖσθαι;* hoc sensu: 'quam tu novam mihi nuntias caedem mulieris ad caedem accedere?' id est: quam tu post filii interitum novam mihi nuntias caedem? uxorem meam occidisse? Recte scholiasta: *ἐπ' ὀλέθρῳ· τοῦ Αἵμονος.* Tum *σφάγιος μόρος* est 'mors caede allata' sive 'nex'. Dixit enim nuntius *γυνὴ τέθνηκε νεοτόμοισι πλήγμασι.* De locutione *ἐπ' ὀλέθρῳ ἀμφικ. μόρον* compara O. C. 1620 *τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι λύγδην ἔκλαιον πάντες.* Ibi ut *ἐπ' ἀλλ. ἀμφικ.* significat 'mutuo amplexu teneri', ita hic *μόρον ἐπ' ὀλέθρῳ ἀμφικ.* denotat 'caedem cum caede coniunctam esse'. Denique de adiectivo *γυναικεῖον*, pro quo genetivum substantivi exspectaveris, vide ad Ai. 134.

V. 1273. Schol.: *οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι· ἐγκέκλεισται ἡ γυνή.* Valvis aedium apertis conspicitur corpus Eurydicae. Vide ad Ai. 346.

V. 1276. *τίς ἄρα — περιμένει*] Similiter O. C. 1715 sq. *τίς ἄρα με πότμος ἐπαμμένει σέ τ', ὦ φίλα;*

V. 1277 sq. *ἔχω μὲν — νεκρόν*] Reliquisse videri poeta potest incohatam structuram. Debebat enim posterius membrum, ut videtur, sic conformari: *προσβλέπω δὲ ἔναντα τὴν μητέρα αὐτοῦ.* Nihilominus recte se habet quod posuit poeta, propterea quod membro priori hic simul sensus suberat: *τὸν μὲν νεκρόν, τὸ τέκνον, ἐν χερσὶν ἔχω.* Atque huic quidem sensui aptavit membrum posterius, *τὸν δ' — νεκρόν*, id est *τὸν δὲ νεκρόν, τὴν μητέρα αὐτοῦ ἔναντα προσβλέπω.* Vide ad O. R. 435. [Corrupta videtur memoria librorum. Nam haud facile potest poeta non scripsisse: *ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως νεκρόν, τὸν δ' ἔναντα πρ. νεκρόν.*] Ceterum vehementer falluntur qui haec verba, *ἐν χερσὶν ἔχω*, ita accipiunt, ut manu tenuisse cor-

Digitized by Google

τάλας, τὸν δ' ἔναντα προσβλέπω νεκρόν.
φεῦ φεῦ μᾶτερ ἀθλία, φεῦ τέκνον.
ΕΞ. ἡ δ' ὀξύθηκτος ἥδε βωμία πέριξ
λύει κελαινὰ βλέφαρα, κωκύσασα μὲν
τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως κλεινὸν λάχος,
αὖθις δὲ τοῦδε, λοίσθιον δὲ σοὶ κακὰς
πράξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ.

(στροφὴ β'.)

ΚΡ. αἰαῖ, αἰαῖ,
ἀνέπταν φόβῳ. τί μ' οὐκ ἀνταίαν
ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;
δείλαιος ἐγώ, φεῦ φεῦ,
δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ.

pus Haemonis Creontem putent. Immo ut alibi saepe ita hic *ἐν χερσὶν ἔχων* significat 'praesto habere, vor sich haben'. Sic Dinarch. Orat. I § 107.

V. 1280. Corruptum locum — nam neque *ὀξύθηκτος* esse potest quod vult scholiasta *ὀξεῖαν λαβοῦσα πληγήν* neque *βωμία πέριξ* valet *περιβώμιος* — egregie Arndtius in hunc ordinem redegit: *ἥδ' ὀξυθήκτῳ βωμία περὶ ξ<ίφει>*, quibuscum comparare licet Hom. *λ* 424 *ἀποθνήσκων περὶ φασγάνῳ*, Soph. Ai. 828 *πεπτῶτα περὶ νεορράντῳ ξίφει*. Cum *ὀξυθήκτῳ ξίφει* cfr. *ἀμφιθήκτῳ ξίφει* v. 1309.

V. 1281. Schol.: *λύει κελαινά· ἀπόλλυται*. Cfr. Passov. Lex. Gr. v. *λύω* II 1 a. — *Κελαινὰ* cur dicta sint *βλέφαρα*, apparebit ex iis, quae ad O. C. 1683 sq. monita sunt.

V. 1282. *τοῦ πρὶν — λάχος*] Interitus intellegendus est Megarei, quem Euripides Menoeceum vocavit, filii Creontis, qui se pro patria devovit. Vide Eur. Phoen. 911 sqq. Apollod. III 6, Muneker. ad Hygin. fab. 67. Pausan. IX 25 haec habet: *Θηβαίοις δὲ τῶν πυλῶν ἐστιν ἐγγύτατα τῶν Νηΐτέων Μενοικέως μνῆμα τοῦ Κρέοντος. ἀπέκτεινε δὲ ἑκουσίως αὑτὸν κατὰ τὸ μάντευμα τὸ ἐκ Δελφῶν, ἡνίκα Πολυνείκης καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς ἀφίκοντο ἐξ Ἄργους*. — Cum Sophocle consentit Aeschylus, qui eundem hunc filium Creontis Megareum dixit Spt. adv. Th. 474. *Λάχος* pro *λέχος* scripsit Bothius. Attributo *κλεινόν* confert Eurydice sortem Megarei cum sorte Haemonis ac dicit, Megareum periisse quidem, at cum laude et gloria, non foede periisse.

V. 1283 sq. *κακὰς πράξεις*] Non significant haec ut interpretantur 'res adversas', sed quod cognoscitur ex additis verbis *τῷ παιδοκτόνῳ*, 'mala facinora'. Ipsa enim verba '*ὁ παιδοκτόνος*', quae impium facinus indicant, exsecratur in Creontem uxor.

V. 1284. Schol.: *ἐφυμνήσασα· καταρασαμένη σοι ὡς παιδοκτόνῳ*. Vide ad O. R. 1275.

V. 1286. Schol.: *ἀνέπταν· ἐσείσθην, ἐταράχθην*. Adscripsit Wexius O. R. 487 *πέτομαι δ' ἐλπίσιν*. Ai. 693 *περιχαρὴς δ' ἀνεπτάμαν*. Eur. Suppl. 88 *ὡς φόβος μ' ἀναπτεροῖ*. Seidler. ad Eur. El. 177. Aoristus *ἀνέπταν* eadem ratione positus est qua *ἐγέλασα, ἐδάκρυσα* dicitur. Cfr. Krueg. I § 53, 6, 3.

V. 1286 sq. *τί μ' οὐκ ἔπαισέν τις*] Imperandi sensu dictum. De aoristo vide ad O. R. 1003 et Krueg. I § 53, 6, 2; de locutione *ἀνταίαν παίειν* eundem § 43, 3, 3 et supra ad v. 975.

V. 1289. *συγκέκραμαι δύᾳ*] Confert Musgravius Ai. 895 *οἴκτῳ*

Digitized by Google

ΕΞ. ὡς αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων
πρὸς τῆς θανούσης τῆσδ' ἐπεσκήπτου μόρων.
ΚΡ. ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τρόπῳ;
ΕΞ. παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτήν, ὅπως
παιδὸς τόδ' ᾔσθετ' ὀξυκώκυτον πάθος.
ΚΡ. ὤμοι μοι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν
ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας.
ἐγὼ γάρ σ' ἐγώ σ' ἔκανον, ὦ μέλεος
ἐγώ. φάμ' ἔτυμον. ἰὼ πρόσπολοι,
ἄγετέ μ' ὅ τι τάχιστ', ἄγετέ μ' ἐκποδών,
τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα.
ΧΟ. κέρδη παραινεῖς, εἴ τι κέρδος ἐν κακοῖς·
βράχιστα γὰρ κράτιστα τἀν ποσὶν κακά.

συγκεκραμένην. Pindar. Ol. IX 108 *ὥρᾳ τε κεκραμένον*. Aristoph. Plut. 854 *πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι*. Addo quod non dissimile est Soph. El. 1485 *τί γὰρ βροτῶν ἂν σὺν κακοῖς μεμιγμένων θνήσκειν ὁ μέλλων τοῦ χρόνου κέρδος φέροι;*

V. 1290 sq. Schol.: *ἐπεσκήπτου· κακῶς ἐλέγου τελευτώσης αὐτῆς, ἐνομίζου, ἐπεγράφου.* Hoc dicit: 'accusabaris a mortua hacce huius et illius mortis culpam habere'. Activum autem *ἐπισκήπτειν* quod hoc sensu cum dativo iungitur, in eo nihil offensionis est. Vide Matth. § 490. Krueg. I § 52, 4.

V. 1292. Schol.: *τίνι τρόπῳ, φησίν, ἐλύετο καὶ ἐφέρετο εἰς φονάς; ἀντὶ τοῦ ποίῳ τρόπῳ εἰς φόνον ἔπεσεν;* Immo *ἐν φοναῖς ἀπελύσατο* eodem modo dictum puta atque supra 1229 *ἐν τῷ ξυμφορᾶς διεφθάρης;* coll. quae ad Philoct. 60 monita sunt. De verbo *ἀπολύειν* Eustathius p. 548, 42 (416, 26) *ἰστέον δὲ, ὅτι ἐξ Ὁμήρου λαβόντες οἱ ὕστερον καὶ αὐτὸ δὴ μόνον τὸ λυθῆναι ἀντὶ τοῦ θανεῖν ἔφρασαν· ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ 'ἔθανες, ἀπελύθης'* [1268], *καὶ ἐν τῷ 'ποίῳ ἀπελύσατο τρόπῳ'*. Confert Musgravius praeter alia fragment. Plutarch. Wyttenb. p. 135 *ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα καὶ τὸν θάνατον ἀπόλυσιν καλοῦσι*, Athenaeum p. 507 E *ἡ ψυχὴ — κατὰ τὴν ἀπόλυσιν χωριζομένη τοῦ σώματος*. De locutione *ποῖος δὲ καὶ* vide ad 766.

V. 1295 sq. *τάδ' — ἐξ αἰτίας*] Insolentius locutus est hoc dicens: 'non in alium mortalium haec quae ex me profecta est culpa unquam conveniet' sive 'transferetur'. Debebat enim dicere: *αὕτη ἡ αἰτία ἡ ἐξ ἐμοῦ γενομένη*, sive *ταῦτα, ὧν ἐγὼ αἴτιος, οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν ἁρμόσει ποτέ*. Verbum *ἁρμόσει* intransitive hic dictum, ut El. 1293. O. R. 902. Trach. 731.

V. 1297, 1299. *ἐγώ σ'* Hermannus scripsit pro *ἐγώ*. Seidlerus defendit hiatum cl. Aesch. Ag. 1257 *ὀτοτοῖ Λύκει' Ἄπολλον, οἲ ἐγὼ ἐγώ*. Mox *τάχιστ'* ex coniectura Erfurdtii scripsi. Libri exhibent *τάχος* violato metro. Cfr. O. R. 1340 *ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅ τι τάχιστά με*.

V. 1300. *τὸν οὐκ — μηδένα*] Perditissimum sive miserrimum se omnium mortalium esse significat, cum se perisse (*τὸν οὐκ ὄντα*) ait magis quam eum, qui nihili sit i. e. qui perierit. Ergo non similem se miserrimo, *ἴσον τῷ μηδενί* ut O. C. 918, sed miseriorem miserrimo se dicit.

V. 1301. *κέρδη παραινεῖς*] 'Utilia suades.' Vide ad 1013. Utile autem chorus dicit, quod in domum se abduci Creon iubet, ut

Digitized by Google

(ἀντιστροφὴ β΄.)

ΚΡ. ἴτω, ἴτω,
φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν
ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἁμέραν
ὕπατος· ἴτω, ἴτω,
ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἄλλ' εἰσίδω.
ΧΟ. μέλλοντα ταῦτα. τῶν προκειμένων τι χρὴ
πράσσειν. μέλει γὰρ τῶνδ' ὅτοισι χρὴ μέλειν.
ΚΡ. ἀλλ' ὧν ἐρῶ μέν, ταῦτα συγκατηυξάμην.
ΧΟ. μή νυν προσεύχου μηδέν· ὡς πεπρωμένης
οὐκ ἔστι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή.
ΚΡ. ἄγοιτ' ἂν μάταιον ἄνδρ' ἐκποδών,
ὅς, ὦ παῖ, σέ τ' οὐχ ἑκὼν ἔκτανον,
σέ τ' αὖ τάνδ', ἰὼ μέλεος, οὐδ' ἔχω,
ὅπᾳ πρὸς πότερον ἴδω, πᾷ καὶ θῶ· πάντα γὰρ

malorum aspectum fugiat, quorum ipse auctor fuit.

V. 1302. *βράχιστα — κακά*] Quinque huius versus interpretationes scholiasta affert. Sensus planus: *τὰ ἐν ποσὶ κακὰ βράχιστα κράτιστά ἐστι.* Praesentia mala optimum est si quam brevissima sunt, i. e. optimum est, praesens malum quam primum missum facere. HERM. Cfr. Matth. § 462. Krueg. I § 61, 5, 8.

V. 1304 sqq. *φανήτω* etc.] Coniungere solent interpretes: *φανήτω μόρων ἐμῶν ὕπατος, ὁ κάλλιστα ἄγων ἐμοὶ τερμίαν ἡμέραν*, quae Hermannus hunc in modum explicat: 'veniat caedium per me factarum suprema, exoptatissime mihi ultimum diem adducens'. At collocatione verborum ostendi videtur genetivum *μόρων ἐμῶν* ab adverbio *κάλλιστα* aptum esse. Atque *μόρων ἐμῶν* rectius ad Creontem referetur eo sensu quo supra v. 1288 dixit *ὀλωλότ' ἄνδρ' ἐπεξειργάσω.* Dicit igitur Creon: 'veniat internecionum quas perpessus sum exoptatissime quae suprema supremum diem adducit'.

V. 1309. Schol.: *ὅτοισι χρὴ μέλειν· τοῖς θεοῖς.* De omisso ante *ὅτοις* pronomine *τούτοις*, quod ad *μέλει* supplendum, vide ad Philoct. 137 sqq. *Τῶνδε* i. e. *τῶν μελλόντων.*

V. 1310. Schol.: *ὧν βούλομαι τυχεῖν, ταῦτα ηὐξάμην.* Diem extremum obire se velle dixerat. De particula *μέν* vide ad v. 11. In *συγκατηυξάμην* praepositio idem valet atque in *συγκατήθομεν* v. 1202. Dicit Creon: 'omnia quae exopto hac una prece complexus sum', *τοῦτ' ἔχων ἅπαντ' ἔχω.*

V. 1311. *μή νυν προσεύχου μηδέν*] Confert Brunckius Verg. Aen. VI 376 *Desine fata deum flecti sperare precando.*

V. 1314. *ἔκτανον* pro *κατέκτανον* Musgravius scripsit. Hermannus *κάκτανον*, Dindorfius *κατέκανον.*

V. 1315. *σέ τ' αὖ τάνδ'*] Sic v. 724 sq. *σέ τ' εἰκός, εἴ τι καίριον λέγει, μαθεῖν, σέ τ' αὖ τοῦδε.* De *τάνδε* vide v. 1295 *κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω.* Tum verba *ἰὼ μέλεος* interiecta sunt, ut supra v. 1319 *ὢ μέλεος.* Nam *οὐδ' ἔχω* referendum est ad *ὅς* pronomen, in antecedente versu positum.

V. 1316. Locus corruptus. Omnium quot inventae sunt emendationum una maxime probatur Musgravii qui vidit *καὶ θῶ* (*ΚΑΙΘΩ*) nihil aliud esse quam *κλιθῶ.* Praeterea ut duos dochmios efficeret Kayse-

Digitized by Google

λέχρια τἀν χεροῖν, τὰ δ' ἐπὶ κρατί μοι
πότμος δυσκόμιστος εἰσήλατο.
ΧΟ. πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
πρῶτον ὑπάρχει· χρὴ δὲ τά γ' εἰς θεοὺς
μηδὲν ἀσεπτεῖν· μεγάλοι δὲ λόγοι
μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
ἀποτίσαντες
γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

rus scripsit *ὅπᾳ πρὸς πότερα κλιθῶ· πάντα γὰρ κτἑ.* At ipsa sententia recte intellecta perspicitur verba *πάντα γὰρ* interpolata esse. Scribi debent igitur haec: *ὅπᾳ πρὸς πότερον ἴδω, πᾷ κλιθῶ· λέχρια τἀν χεροῖν κτἑ.*, ut hic sensus eliciatur: 'non habeo ad utrum oculos coniciam, quo me applicem; inclinata iacent quae adminicula sunt manibus, cum fortuna intoleranda in caput meum irruerit opprimatque me'. — De locutione *ἐπὶ κρατί μοι πότμος εἰσήλατο* confer huius fab. 1272, O. R. 263 *νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη*, Aesch. Pers. 515 *ὦ δυσπόνητε δαῖμον, ὡς ἄγαν βαρὺς ποδοῖν ἐνήλλου παντὶ Περσικῷ γένει.*

V. 1319 sq. Schol.: *πολλῷ τὸ φρονεῖν· τὸ καλῶς φρονεῖν πρῶτόν ἐστιν εὐδαιμονίας καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐξοχώτατον.*

V. 1320 sq. *χρὴ δὲ — ἀσεπτεῖν*] Ut in locutione *εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς* Phil. 1441, *τὰ πρὸς ἡμᾶς διαλυσαμένοις* Isocr. IV § 131, *σωφρονεῖν τὰ πρὸς σέ* Xen. Anab. VII 7, 30, ita hic in *τὰ εἰς θεοὺς ἀσεπτεῖν* praepositio ex illa ratione qua verbum vim habet in id quod subiecto vel obiecto attributum est, de qua vide Krueg. I § 50, 8, 10, pertinet ad verbum *ἀσεπτεῖν*, ut sensus sit: *μὴ ἀσεπτεῖν ταῦτα ἃ ἀσεπτεῖ τις εἰς θεούς*. Cfr. quae ad Aesch. Prom. 702 *τὸν ἀμφ' ἑαυτῆς ἆθλον ἐξηγουμένης* adnotavimus. Ceterum cum scriptura *τὰ γ' εἰς θεοὺς* Triclinio debeatur, libri autem habeant *τά τ' εἰς θεούς*, fortasse poeta scripsit *τὰ πρὸς θεούς*, sicut Aesch. Prom. 348 optimus liber *ἐς* exhibet pro *πρός*. Nulla autem causa est cur parum probabili Dindorfii coniecturae *χρὴ δ' ἐς τὰ θεῶν* adstipulemur.

V. 1321 sqq. *μεγάλοι — ἐδίδαξαν*] Bene Brunckius: 'at superbi, cum gravibus plagis adflicti magnorum dictorum poenas luerunt, sapere tandem docentur'. Aor. *ἐδίδαξαν* ut supra v. 709 *ὤφθησαν* illam vim habet quae nomine haud satis apto aor. gnomici significari solet.

NOTA.

Quae ad v. 24, 57, 94, 195, 241, 681, 715, 831, 837, 951 (*πὰρ δὲ*), 956, 960, 1008, 1188 allatae sunt emendationes, eas invenit Wunderus; quae ad v. 63, 106, 138, 168, 234, 359, 388, 546, 589, 598, 600, 642, 749—751, 841, 951 (*πέτρας*), 962 sq., 983, 1010, 1022, 1023, 1077, 1144 sq., 1277, 1316, 1320 proponuntur, sunt alterius editoris.

Digitized by Google

M E T R A

QUIBUS

SOPHOCLES

IN HAC FABULA USUS ESSE VIDETUR.

Vers 1—99 trimetri iambici.

Vss. 100—109.

100 –́ ⏓ | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – | –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – dim. glyconicus.

102 –́ – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓ glyconeus.

⏑ –́ | –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – idem (Herm. El. p. 560).

–́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – chori. cum basi (Herm. El. p. 559 et p. 567).

105 – –́ –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ antisp. et logaoed.

–́ – | –́ ⏓ | –́ ⏑ ⏑ – glyconeus } (cf. Herm. El. p. 548 coll. p.

–́ ⏑ | –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – glyconeus } 525).

⏑́ ⏑ ⏑ | ⏑́ ⏑ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – idem.

–́ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏓ glyc. cat. (pherecrateus).

V. 102. De brevi syllaba et hiatu in fine glyconeorum vide Seidlerum ad Eur. Elect. v. 153, 207 et Advers. nostra Philoct. p. 117 sqq.

Vss. 110—116 systema anapaesticum constans dimetris, duobus interpositis monometris.

Vss. 134—140.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – trim. dact. et dip. troch. (logaoed.)

135 idem.

–́ – | –́ ⏑ ⏑ – qualis v. 104.

– – –́ ⏓ | –́ ⏑ ⏑ – glyconeus.

–́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏓ dimeter creticus.

–́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – – tetram. chori. hyperc.

140 –́ ⏑ ⏑ – ⏓ adonius.

Vs. 134. De metro huius versus, qui Praxilleus dicitur, exposuit Hermannus El. p. 365 sq. Epit. p. 137.

Vss. 141—147 systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 162—331 trimetri iambici.

Vss. 332—341.

–́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | –́ – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – dimet. glycon.

–́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – glyconeus.

335 –́ – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – idem.

– –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – – glyconicus (Herm. El. p. 563).

⏑ –́ ⏑ – ⏑ – dim. iam. brachycat.

⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – – dim. iamb. hyperc.

Digitized by Google

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – } octameter dactyl. et ithypallicus.
–́ ⏑ – ⏑ – ⏓

Vss. 339—341. Hos tres ultimos versus una numeri perpetuitate cohaerere recte iam vidit Hermannus.

Vss. 352—362.

⏓ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – { anacr., logaoed. et penthem. dact.

⏑⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ – anap. logaoed.
⏑ –́ ⏑ – | –́ ⏑ – dipod. iamb. et cret.
⏑ –́ ⏑ – | –́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ ⏑ dipod. iamb. et dim. cret.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – dim. iamb.
⏑ –́ ⏑ – | –́ ⏑ – dipod. iamb. et cret.
–́ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ – tetram. troch. cat.
–́ ⏑ – – monom. troch.

Vs. 354. De anapaestis logaoedicis, quibus accensendus est v. 354, exposuit Hermannus Elem. p. 418 sqq. Epit. p. 154 sqq. Vide huius fab. 580. 589. 835 sqq. 852 sqq. 1096. 1107 ed. meae.

Vss. 374—381 systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 382—523 trimetri iambici.

Vss. 524—528 systema anapaesticum, quod constat dimetris, uno interposito monometro.

Vss. 529—579 trimetri iambici.

Vss. 580—588.

– –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏓ –́ ⏑ – – { anap. logaoed. (simillimus versui 354).
–́ ⏑ –́ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – epitr. et trim. dact. cat.
–́ ⏑ –́ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ epitr. et logaoed.
⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – dim. iamb.
–́ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ – dim. troch. cat.
– –́ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ –́ ⏑ – trim. iamb.
⏑ –́ –́ – | ⏑ –́ ⏑ – – antisp. et penthem. iamb.
–́ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ – dim. troch. cat.
⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏓ trim. iamb. cat.

Vs. 586. De metro huius v. exposuit Herm. El. p. 230.

Vs. 587 sq. Frequenter etiam a lyricis poetis hi versus coniuncti sunt. Idem fecit Horatius Od. II 18 *Non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar*.

V. 598—608.

⏓́ – | –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ – | –́ ⏓́ | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – – { duo glycon., quorum posterior hypercat. est.

– | –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ – qualis 608.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – logaoed.

–́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – { Unus versus est, constans ex duobus chori., iambo et duobus ordinibus logaoedicis.

Digitized by Google

⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – – anacreont.
– | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – chori. cum anacr. et iambo.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – dim. troch. brachyc.
– | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ – trim. chori. cat. cum anacr.

Vs. 600. Monuit de hoc versuum genere Hermannus Elem. p. 739.

Vs. 603 sq. A nemine dum perspecti huius versus numeri sunt. Mea ratio se ipsa defendit. Cfr. huius fab. v. 781 sq. ed. meae. Est de coniunctis illis duobus ordinibus logaoedicis, qui alibi ipsi integrum versum efficiunt, ut uno exemplo defungar, Eur. Bacch. 105 *ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆβαι, στεφανοῦσθε κισσῷ*, qui versus etiam nunc ab omnibus editoribus in duos versus male discerptus legitur. In eodem errore Hermannus est Elem. p. 424.

Vs. 606. Exposuit de hoc metro Hermannus Elem. p. 556.

Vss. 620—624 systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 625—774 trimetri iambici.

Vss. 775—783.

⏑ –́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ –
–́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – | –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ –
} dip. iamb., chor., dip. iamb., chor. et duo glyc., quorum poster. hyperc. est.

– –́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ – } trim. chori. brachyc. cum dipod. iamb.

–́ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – –
} trim. chori. brachyc. cum basi et duo ordines logaoedici.

Vs. 781 sq. De altera parte huius versus, quae constat duobus ordinibus logaoedicis, vide quae in conspectu metr. ad v. 603 sq. adnotavi.

Vss. 793—797 systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 798—808.

⏑ –́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – dip. iamb. et logaoedus.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – chori. et iamb. (sive dact. et cret.)
–́ ⏒ | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ – | –́ – –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – duo glyconei.
–́ ⏒ –́ ⏒ | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏒ –́ – | –́ ⏑ ⏑ – duo glyconei.
–́ ⏑ ⏑ – ⏒ adonius.
⏒́ – | –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.
– –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – | –́ – dim. chori. brachyc. cum amphibr.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – | –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏒

Vs. 808. Constat hic versus duabus ex partibus, et choriambo et iambo sive mavis ex dactylo et cretico dicere, et ex glyconeo, qui spondeo iunctus est sive qui pro iambo terminatur antispasto.

Vss. 809—814 et 826—828 duo systemata anapaestica, quae constant dimetris.

Vss. 830—842.

– –́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – dipod. iamb. et logaoed.
– | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – logaoed. cum anacrusi.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – adonius et qualis v. 799.

⏓́ –́ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.
⏓ –́ iambus (orthiusne? cfr. Herm. El. p. 663 n. 5).
– –́ – – | – –́ – dim. anap. cat.
– –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ – anap. logaoed.
– –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ duo anap. et antisp.
⏓ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | –́ ⏑ – dim. iamb. cum cret.
⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ ⏓ tetram. iamb.
⏓ –́ –́ ⏓ – dochmius.
⏓ –́ –́ ⏑ | ⏓ –́ ⏑ – – antisp. et penthem. iamb.
⏑ –́ ⏑ – – | ⏑ –́ ⏑ – ⏓ duo penth. iamb.

Vs. 839. Idem versus legitur huius fab. 939. 949. O. C. 1445. 1470. Ai. 348. 350. El. 1069. 1075. Tetrametrum iambicum catal. fecit Sophocles El. 1398. Falso hos numeros a tragicis usurpatos negat Hermannus Elem. p. 146. 158 et Epit. p. 66. 70.

Vss. 843—846.

⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – dim. iamb.
⏓ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – idem.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ ⏓ idem.
⏑ –́ –́ – | ⏑ –́ ⏑ – ⏓ antisp. et penthem. iamb.

Vss. 864—869.

⏑ –́ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – – dim. iamb. hyperc.
⏑ –́ | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ – | –́ ⏑ – iamb., chori., duo cret.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ tres dact. et duo troch.
⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – ithyphallicus.
–́ ⏑ – ⏑ | ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ dim. troch.
– –́ ⏑ – | ⏑ –́ – dim. iamb. catal.

Vss. 870—915 trimetri iambici.

Vss. 916—930 systema anapaesticum, quod constat dimetris, uno interposito monometro.

Vss. 931—940.

–́ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏓ dim. chori. hyp. cum basi.
–́ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ – trim. chori. brachyc. cum basi.
–́ ⏑ ⏑ – | –́ – – | –́ ⏑ ⏑ – | – –́ –́ – chori., moloss., chori., antisp.
– | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏓ trim. chori. brachyc. cum anacr.
–́ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – trim. chori. cum basi.
–́ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | – – qualis v. 932.
– –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | ⏓ –́ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – tetram. iamb.
⏑ –́ –́ – | ⏑ –́ ⏑ – – antisp. et penth. iamb.

Vss. 951—959.

–́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ metrum Aeolicum.
–́ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – – ⏑ – idem.
–́ ⏓ | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – – dim. chori. hyperc. cum basi.
– –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ – trim. chori. cat. cum amphibr.
⏑ –́ ⏑ – – | ⏑ –́ ⏑ – ⏓ duo penth. iamb.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – trimb. iamb.
⏑ –́ –́ – | ⏑ –́ ⏑ – – antisp. et penth. iamb.
– –́ ⏑ – – | ⏑ –́ ⏑ – – qualis v. 956.

Vs. 951. Appellatur metrum huius versus ab Hephaestione p. 42 ed. Gaisf. *πεντάμετρον Σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον* allatumque exempli causa fragmentum hoc ex Sapph. carminibus: *ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθί, πάλαι πόκα.* Eodem metro scriptum carmen XXIX. Theocriteum, siquidem est a Theocrito compositum, de quo dubitatur. Constat autem ex basi, tribus dactylis et cretico. De toto autem metro Aeolico quae idem Hephaestio p. 40 sq. exposuit, non sine causa apponenda puto: *τὰ δὲ Αἰολικὰ καλούμενα τὸν μὲν πρῶτον ἔχει πόδα πάντως ἕνα τῶν δισυλλάβων ἀδιάφορον, ἤτοι σπονδεῖον, ἢ ἴαμβον, ἢ τροχαῖον, ἢ πυρρίχιον· τοὺς ἐν μέσῳ δακτύλους πάντας· τὸν δὲ τελευταῖον πρὸς τὴν ἀπόθεσιν δάκτυλον μὲν, ἢ κρητικὸν διὰ τὸ τῆς τελευταίας ἀδιάφορον, ἐὰν ἀκατάληκτον ᾖ· ἐὰν δὲ καταληκτικὸν, καὶ τὰ ἀπὸ τούτου μεμειωμένα εἰς δισύλλαβον καὶ συλλαβήν.* Apparet ex his verbis basin nunquam non bisyllabam fuisse; de qua causa nemo dubitabit, quin verba *παρὰ δὲ* et in antistrophico versu *κατὰ δὲ* summo iure in *πὰρ δὲ* et *κὰδ δὲ* quamvis invitis libris mutaverim. Nolo cetera afferre argumenta, quibus haec mea emendatio prorsus confirmatur. — Hermannus de hoc metro exposuit Elem. p. 360 sq.

Vs. 952. Erraverit qui ex verbis Hephaestionis modo allatis concluserit non posse hunc versum Aeolicum existimari, quod pro tertio dactylo spondeum habeat. Alia enim tradidit scholiasta Hephaestionis p. 177: *τὸ δὲ δακτυλικὸν τὸ Αἰολικὸν κατὰ μὲν τὰς ἄλλας χώρας πάσας ἐπιδέχεται ὡσαύτως τῷ κοινῷ τούς τε δακτύλους καὶ σπονδείους, ὁμοίως καὶ τὰς ἀποθέσεις· τὸν δὲ πρῶτον πόδα ἔχει ἕνα τῶν δισυλλάβων ἀδιάφορον.* Neque aliter visum Aristidi Quintiliano, de quo vide Herm. El. p. 361. In eo autem consentire apparet scholiastam cum Hephaestione, basin bisyllabam tantum fuisse.

Vss. 969—1095 trimetri iambici.

Vss. 1096—1106.

⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏒ –́ ⏑ – ⏑ logaoed. anap.
–́ ⏑ –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – glycon. polyschem.
⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – dim. iamb. et logaoed.
–́ ⏒ –́ ⏒ | –́ ⏑ ⏑ – qualis 1099.
– –́ – | – –́ – | – –́ – tres molossi.
⏑ –́ ⏑ ⏑ – | –́ – dim. chori. brach. cum anacr.
–́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – troch. et chori.
–́ – –́ – | –́ ⏑ ⏑ – qualis 1099.
⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏒ dim. iamb. catal.

Vs. 1096. Vide quae de hoc metri genere in hoc conspectu ad v. 354 adnotavi.

Vs. 1102. Tres molossi eodem modo coniuncti reperiuntur O. C. 1544. 1554 ed. meae.

Vss. 1118—1125.

– –́ – | ⏑ –́ – mol. et bacch.
⏑ –́ – | –́ ⏑ ⏑ – bacch. et chori.
–́ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ ⏒ dimet. troch. cat.

– –́ – | ⏑ –́ – qualis v. 1118.
⏑ ⏑ –́ – | –́ – ⏑ ⏑ | ⏑́ ⏑ ⏑ – ion. a min., ion. a mai., cret.
⏓ –́ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ – penth. iamb., chori., cret.
⏑ –́ –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ antisp. et logaoed.

Vss. 1134—1235 trimetri iambici.

Vss. 1236—1239 systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 1240—1250.

⏓ –́ qualis 834.
⏑ –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ – dim. dochm.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – dochmius.
–́ ⏑ – | –́ ⏑ – dimet. cret.
⏑ –́ –́ ⏑ – | ⏑ ⏖́ –́ ⏑ ⏓ dim. dochm.
– ⏑́ ⏑ –́ ⏑ – | ⏓ –́ –́ ⏑ – idem.
⏓ –́ –́ ⏑ – | ⏓ –́ –́ ⏑ – idem.
⏓ –́ ⏑ ⏓ monom. iamb.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – dochmius.
⏑ –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ – dim. doch.
– –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – trim. iamb.

Vss. 1251—1256.

–́ – trochaeus, fortasse semantus.
trimeter iambicus.
⏑ ⏖́ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ – dimet. dochm.
trimeter iambicus.
⏓ –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – dochm. et dim. iamb. brachyc.
– –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ ⏓ dim. dochm.

Vss. 1257—1262 trimetri iambici.

Vss. 1285—1289.

⏑ –́ ⏑ – monom. iamb.
⏑ –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏓ – dim. doch.
⏑ –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ – idem.
⏓ ⏓ ⏑́ ⏑ –́ ⏓ – dochm. cum anacr.
⏓ –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ ⏓ dim. dochm.

Vss. 1290—1294 trimetri iambici.

Vss. 1295—1300.

⏓ –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ – dim. dochm.
⏑ –́ –́ ⏑ – | – –́ –́ ⏑ – idem.
⏑ –́ –́ ⏑ – | ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏖ idem.
⏑ –́ –́ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ –́ –́ ⏑ ⏓ idem.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏖́ ⏑ – | ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ – idem.
– –́ –́ ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ ⏓ idem.

Vs. 1301 sq. trimetri iambici.

Vss. 1319—1324 systema anapaesticum, quod constat dimetris, uno interposito monometro.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google